

~~EX~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*IV A 220.*

SIGNAT. CLVCCCXIII.

*24*



2

I.

Philosophiæ Aristote-  
licæ pars,

METAPHY-  
SICA


*Ejusdem*

M. JAN-AUGUSTI VO-  
GELII

jam primùm  
è manu scripto proprio

à

Valentino Hartungo,  
Philosophiæ & Medicinæ D.  
ac Professore edita.



LIPSIÆ,

Impensis Caspari Cloßmanni,

Excudebat Gregorius Ritzschs

---

M. D. C. XXV.



I  
Philosophie Anstalt  
Bey der

METAPHYSICA

M. J. A. A. V. O.  
G. E. I. I.

Valentino Hartungo  
Philosophie & Metaphysik  
des Philosophen edit.

\*\*\*\*\*

Joseph Anton Glöckner

M. D. C. C. C. X. V.





*ΜεταΦυσικῶν*, ut vocant,  
exercitatio & conti-  
nuatio.

**R**ostquam, iuvante Deo,  
Principem Peripateticæ Phi-  
losophiæ Coriphæum, ubi-  
cunq; potuimus. secuti, Phy-  
sicas hætenus & Mathematicas scientias  
per theses absolvimus: sequitur jam su-  
prema harum omnium, scilicet *Metaphy-*  
*sica*. Enimverò ab iis, quæ sensibus ma-  
gis appropinquant, & propterea nobis  
notiora sunt, rectè initium esse sumen-  
dum, passim hætenus annotavimus. Sic  
igitur *Physica* quidem de rebus, ut puta,  
motibus & mutationibus obnoxiiis occu-  
para; non immerito præmissa est, cui po-  
steà sequens Philosophiæ pars de Ente  
abstracto seu de quanto solo ac simplici-  
ter considerato, quam *Μαθηματικὴν* dixi-  
mus, est subiecta. Restat subjungenda  
tandem illa, quæ de Ente simplicissimo,  
seu absolutissimè considerato agit; Sci-  
entia

entia, quin imò de communibus quibus-  
que Entium attributis Speculatur; ex  
quo officio *scientia universalis & prima Philo-  
sophia* præter alias appellationes, non in-  
commodè etiam cognominatur. Licet  
autem ob summam excellentiam & præ-  
stantiam planè pleneq; ab intellectu no-  
stro hanc Philosophiam percipi in hac  
caligine & imbecillitate mentis non pos-  
se, lubenter confiteamur; animiq; nostri  
oculos potius ad ea, quæ hîc occurrunt,  
*ὡσπερ τὰ τῶν νυκτείδων ἕματα πρὸς τὸ φέγγος  
ἔχει τὸ μισανθεῖον* i. e. sicut vesperilionum  
oculi ad lumen se habent meridianum;  
fese habere palam protestemur: tamen  
indignum profectò & ab hominis verè li-  
beralis naturâ alienum esse iterum puta-  
mus, ob objecti dignitatem & eminent-  
tiam penitus animum in vestibulo de-  
spondere, nudaque in rerum tam subli-  
mum admiratione cum vulgo contem-  
tum harere, præsertim cum pro re ista  
periscorum in Peripato Philosophorum  
relicta. Etenim ut rectè habet Aristot.  
Admiratio & hoc & primo avo ad philo-  
sophandum impulit, ita scilicet, ut cum  
omnes homines *τῇ φύσει ἐθέλωσι τὸ εἰδέναι*  
i. e. à natura scientiam desiderare videan-  
tur, l. 1. Metaph. c. 1. in frontispicio, ini-  
tio

tio quidē faciles quæstiones mirarentur,  
deinde ad majores sensim & subtiliores  
adspirarent, Ibid. c. 2. Ac licet haud ac-  
curatē de tantis rebus differere: balbuti-  
re tamen (ut vicissim cum Philosopho lo-  
quar,) de omnibus prima philosophia vi-  
detur, l. 1. Met. c. 7. Qm̄ imò res, in-  
quit idem l. 1. de Part. an. c. 9. superiores  
etsi leviter attingere in hac caligine pos-  
sumus: tamen ob ejus generis excellen-  
tiam, amplius oblectamur exindē, quàm  
cūm hac nobis vicina, omnia tene-  
mus, Arist. 1. de part. an. c. ult. Etsi res  
mortales istas, inferasq; quod eæ pro-  
piores & familiariores nobis sint; ple-  
nius nosse possimus: tamen res illas su-  
peras si vel levius attingere datur, ob ejus  
notitiæ excellentiam illa ipsa levi magis  
pascimur & oblectamur, quàm si ista uni-  
versa norimus. Haud secus ac amatorib.  
suavius est amicæ suæ vel partem oculo  
delibare, quàm aliarum tota membra  
corpusq; inspicere. Pulchrè. Et tantum  
interest inter utrasq; illas notitias, quan-  
tum inter solum & polum, DEUM & ho-  
minē. Hujus igitur sciētiae & primæ Phi-  
losophiæ jucūditate ut quoque in præsen-  
tia utamur fruamur, eandem ex Philoso-  
phi libris Methaphysicis in certas theses  
congestam congestam proponemus. U-

bi notandum Græcorū more libros Me-  
taphysicos ita distinctos fuisse, ut 7. pri-  
ma capita, Majoris Metaphysicæ nomine  
insignirentur, ab 8. c. autem minoris  
Metaphysicæ liber inchoaretur.

## 1. Thesis.

Μεταφυσικὴν γὰρ ἴπτις ἡμῶν τὴν μετὰ τὰ φυσικὰ εἰσι λικὴν  
ad appareat; idē, vel ideō, quod ea consideret, que sunt  
supra corpora naturalia: vel quod post corporum Nat-  
aturalium considerationem ea quoq; ad scientiam refer-  
gentur, que sunt Entia simplicissima atq; ita ex ratio-  
ne Etymi priori hujus scientiæ dignitas: ex posteriore  
Verò doctrine ordo non parum ē obscure enitescit.  
Hinc Lipsius in Man. ad Stoic. physiol. Post-Physicam  
interpretatur. Verius verò ita nominatur, quod με-  
τὰ τὰ φυσικὰ ἐν ὑπερφυσικὰ deducamur, Philosopho  
prævio, qui beneficio motus, ut Physicæ affectionis, de-  
venit in cognitionem Primi Motoris, D E I Opt. Max.  
l. 7. § 8. Physf.

## 2.

Eadem quoq; nomine non inusitato aliās Theo-  
logi gentilis, καὶ ἴπτις ἡμῶν θεολογικὴν dicitur: ὅτι με-  
τὰ τὰ φυσικὰ καὶ τὰ ὑπερφυσικὰ ἐστὶν ἰ. e. Quia de rebus  
divinis, omniumq; maximè honoratissimis agit, aliās  
quoq; πρῶτη ἢ σοφία ἰ. e. Prima sapientia, ut puta; &  
quia omnium aliarum scientiarum velut serenissima  
Regina & augustissima imperatrix est; & ut præclare  
Plato de eadem loquitur, ἡγεμένη καὶ τέλος ἐστὶν ἰ. e.  
apex & perfectio est reliquarū: quippe ad quam omnes  
aliæ inferiores scientiæ spectant, suorumq; principio-  
rum munimentum ac basin in eadem habent jactam.  
Unde etiam καὶ ὑπεροχὴν interdum nudo titulo Phi-  
λοσοφία appellatur.

Ἐπ



Ἔστι δὲ Μετὰ Φυσικῆ ἐπιστήμη· ἢ ἴσως τὸ δι, ἢ διὰ  
 τὰ Ἐπιπέδων καὶ αὐτὸ ἰ. e. Est scientia, qua  
 in eo, quod est, quatenus est, & in iis, quae illi per se ad-  
 harent, occupata versatur; seu rotundius: Est scien-  
 tia, de Ente, quatenus Ens est, deq. ejus affectionib. En-  
 ti per se competentibus. Lib. 1. Metaph. c. 5. & 3. Me-  
 taph. c. 1. Scalig. l. 1. de caus. plant. c. 5. ἢ Ἀγνοίας  
 ἐπιστήμη. Ratiocinatio motus quidam est: scientia qui es-  
 Unde Ἔ nomen, tum apud Græcos, tum etiam nostrum,  
 πᾶσα ἡ ἰσχυρία, ἐπιστήμη. Siftitur enim mentis agi-  
 tatio Ἔ fit species in animo. Sic Latinum Scientia,  
 ἐπι γινώσκου ἕως τῆ οὐσίας. Nam Latini, quod nomen  
 Entis simplex ab usu abjecerunt, atq. repudiarunt, omni-  
 bus actibus participiis idem adjunxerunt. Audiens, ἄ-  
 κούων ἄν. Sciens οἰῶν ἄν.

Subjectum igitur Metaphysices est Ens, cujus consi-  
 deratio cum duplex esse deprehendetur, exinde haud ab-  
 surdè duplicem Metaphysicam statuerimus, Universā-  
 lem scil. quæ de Ente in genere tractat: & Particularē,  
 quæ est de Entis nobilissimis speciebus, usq. simplicissi-  
 mis, nempe de DEO & Mentibus; ideoq. illius ratione  
 Ἐπὶ τῶν ἀνω δυνάμεων dici supra monuimus & meminimus. Ab uni-  
 versali ergo exorsi ad Particularem pergemus.

Entis igitur ipsa quidditas est ἡ οὐσία: ideoq. Ens di-  
 citur; cujus est aliqua Entitas. Scalig. Exer. 65. f. 2. Ἔ  
 1. de plant. ad Arist. p. 106. Non Existentia facit defini-  
 tionem; sed Essentia. Non potest autem fieri, ut Homo  
 non sit animal; etiamsi omnia animalia sint sublata.  
 Humanitas enim est ex animalitate & rationalitate id,  
 quod est. Essentiam verò & existentiam aliud esse so-  
 lis claris ac divinis ingenis compertum est, qui abdu-  
 cto à factionibus animo soli student veritati. Cujus  
 Entis distinctiones Synonymæ non sunt reputandæ;  
 A 4. sed

sed analogæ potius : idq̄ planum est : Siquidem  
Ens ipsum seipso prius ac posterius nil habet : sed magis  
omnium rerum quasi supremum caput est ; ideoq̄  
contrahi aut dilari : Synonymica dīvisione minime pot-  
est.

6.

Sunt igitur Modi quidam & distinctiones Entis,  
pro ejusdem intellectu meliore probe annotandæ : Et i-  
quidem omne Ens ita distinguitur, ut aliud quidem sit  
ἄπλοσ συμπλοκῆς i. e. incomplexum barbaris, seu sim-  
plex : aliud verò κατὰ συμπλοκῆν, ἢ συμπεπληρωμένον  
i. e. complexum Simplex quidem illud ; quod simpli-  
ci termino finitur, & in simplici mentis conceptu viget.  
Complexum autem, quod ex incomplexis in altera men-  
tis functione, quæ cum affirmatione & negatione est,  
constatur. e. g. Homo simplex est Ens : itemq̄ Animal.  
At verò utriusq̄ in mente compositio Ens complexum in-  
de evenire efficit, cujus generale & immobile principium  
illud est, ἀδυνατόν est, ut aliquid simul sit, aut non sit. Α-  
ναγκάσιον γὰρ ἢ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι i. e. Necessè enim est ; quod-  
libet esse aut non esse, 4. Met. c. 4. & 5.

7.

Hinc altera Entis dīvisio emergit ; qua aliud Reale,  
dicitur, aliud Mentale seu Ens rationis. Το ὄντως ἔστι  
ἀλλοῦ ὄν illud est, quod reapse absq̄ mentis operatione  
in rerum natura existit : ut angeli, homo, bruta, &c.  
Ens rationis autem est, quod absq̄ intellectus interve-  
nientis actu nihil habet positivum, ut sunt omnes ter-  
mini, quos secundas etiam notiones, græci δυνάμεις νοητικὰς  
appellarunt. 4. Metaph. c. 2.

8.

Rursus autem alia porro eaq̄ maximè necessa-  
ria distinctione, Ens Reale ita distinguitur, ut aliud  
quidem sit τῆ ἐνεργείᾳ i. e. Actū ; aliud τῆ δυνάμει i. e.  
potentia. Potentia rursus non minus duplex est, quàm  
actus. Prima quidem & secunda. Prima enim ὁ γ.

ad scientiam ordinem habens est in mente, antequam  
intellectus ipsam consequatur. Secunda vero post ade-  
ptionem scientie. Actus primus est scientia acquisi-  
ta. Secundus operatio illius scientie. 5. Metaph. c. 12.  
Et 9. Metaph. c. 1. 1. de an. c. 2. Scalig. de Plant.

9.

Ens in potentia illud dicitur, quod esse potest  
seu Essentiam habere completam Et determinatam, et-  
iam si talem nondum habeat. Quidquid vero re ipsa jam  
perfectam istiusmodi Et absolutam habet essentiam et o-  
di vi ism i. e. Ens est actu. Ipsa autem perfectio Et de-  
terminatio non nisi a forma cuius rei propria proma-  
nat. Hoc in generatione oborum liquet; in qua est  
quidam terminus motus in acquisitione sue forma sub-  
stantialis, quae sic permanet. Sed quia oba eo sunt des-  
tinata, ut non permanent sub illa forma; sed ad gene-  
randum abem; ideo dicuntur oba esse in potentia Et  
velut imperfecta sub forma obi: perfecta autem res illa  
est, post generationem obis cum ibi sit finis oborum ul-  
timus. 5. Metaph. c. 12. Et l. 9. c. 1. 2. Et 3.

10.

Porro actus omnis ἢ τελὸς ἐστίν, ἢ ἀτελής i. e. est  
vel perfectus, vel imperfectus. Et perfectus vicissim  
est duplex: ἢ ἰδίῳ ᾧ ἐνέργεια ἢ ἐντελέχεια πρὸς ἑαυτὸν, ἢ δὲ ἐν-  
τιέα i. e. alius est actus primus, alius secundus. Pri-  
mus quidem actus est ipsa rei essentia Et forma, sive sim-  
plicissima Metaphysica, sive compositi forma Physica.  
9. Met. 8.

11.

Secundus vero Actus, quem ἐντελέχεια speciatim  
dicere possemus; est virtus Et facultas operativa, quae  
a forma intima quasi promanat: ubi notandum, hu-  
jus quidem respectu, Philosophis non raro alterum A-  
ctum, scilicet primum, οὐκ δύναμις i. e. seu potentiam  
accipi,

A S

accipi,

accipi, Et contra hunc secundum, ut videtur i. e. velut  
Actum præcisè considerari.

12.

Hæc de Actu perfecto. Imperfectum autem dico  
quemcumq; rei ad sui ipsius nature perfectionem pro  
gressum, qualis est in vivis i. e. Motus, qui eadem ra  
tione etiam videtur ab Aristot. appellatur. Quis ve  
rò dicat Motum scopum esse librorum adæquatus  
negotiorum; In Physicis Natura finis est Et motus; ejus  
consideratio, scopus, unde Et disceptationes dicte. De  
nig. tractatio ipsa scopus est. Finis autem id, quod for  
malem rationem vulgus barbarorum vocat: ex em. gr.  
Motus, quo circumscribitur ambitus considerationis  
corporis naturalis. Scalig. i. de plant. p. 104.

13.

Potentia etiam duplex est; in idp. yd. tabulæ: ar  
di. c. 2. i. e. alia est Passiva; alia Activa. 9. Met.  
c. 2. Passiva potentia est, que scilicet est in Patientem  
seu ad recipiendum aptè disposito, cujus respectu aliquid  
pati dicitur: At activa dicitur, que est in Agente, Et  
cujus ratione seu vi aliquid in alio agitur. 6. g. Aqua  
inest potentia activa humectandi: in panno autem Pas  
siva humectationis. Sic in igni potentia activa est com  
burendi: In ligno autem igni appposito combustionis Pas  
siva est Potentia. l. 9. Metap. 2.

14.

Alia etiam Potentia propinqua dicitur seu im  
mediata: alia remota Et mediata. Propinqua, que sci  
licet proximè ad Actus consecutionem est disposita. Re  
motæ verò, inter quam Et Actum ipsum, multa intercur  
runt mediæ, atq; prius motionem fieri oportet, quam  
ad Actum sit perventum. Utrumq; Galenus l. i. de diff.  
febr. c. 4. insigni exemplo declarat; ubi de peste conta  
giosa agit Et ait: Nulla causarum sine patientis aptitu  
dine agere potest: alioquin ex æquo omnes afficerentur  
ex.

ex eadem causa. Et subdit rationem: Corpora, quorum dispositiones consentiunt causis morbificis, facillimè contaminantur; quorū verò renitentur, quantum viribus ac magnitudine contrarietas valet; tantum indicta coniungit permanere ea corpora.

15.

Quin etiam Potentia aliàs ἰδίας ἢ συναρμῶς i. e. propriè & univocè accipitur: aliàs ἀναρμῶς i. e. impropriè & æquivocè usurpatur. Propriè quidem illa dicitur Potentia, quæ ante Actum ipsum præcedens datur. Impropriè autem, quæ cum ipso actu reipsa conjuncta est; ut si dicam cælum moveri potest; cum tamè nunquā non moveatur. 9. Met. c. 3.

16.

Sunt etiam potentie aliæ συναρμῶς, connate & innate: aliæ ἀναρμῶς i. e. acquire: & hæc quidem per præcedentes colliguntur, comparantur & conciliantur actiones ita, ut ipsos actus antecedant: ille verò sine aliqua operatione prævia ipsis rebus nature instinctu inherens; s. g. in homine potentia ridendi ἀναρμῶς ἐστὶ: at potentia scribendi acquireta est & adscititia. Quod discrimen non siccè illustrat distinctio apud Ethicos inter actiones antecedentes & consequentes virtutem, quarum illæ difficiliores, (cum omne principium grave) hæc leviores & expeditiores. Lib. 9. Metaph. c. 4.

17.

Hactenus distinctiones Entis in Actum & Potentiam. Ubi coronidis loco è Scalig. 2. de plant. p. 415. attendendum, Platonem in Alcibiade Tria ponere: 1. ἐὶς, quam vocant ἐὶς ἡλικίαν Peripatetici. 2. Potentiam, quam δυνάμιν: 3. ἐνέργειαν sive actionem. Essentia dominatrix est. Ab ea fluit potentia: ab hac actio. Essentia consensu omnium est in categoria substantiæ. Potentia sive potestas, sive facultas seu vis aptitudinè posterior est natura; etiamsi ut vult Duns, in eodem sit predicamento, atq; idè re cum essentia. Sic etiā ἀρχὴν & ἐνέργειαν Gale.

Galenus distinguit opportunè. Pendet enim actio ab ea natura, quæ in usum atq. utilitatem constituta est.

18.

Sequitur celeberrima Entis distinctio, quæ omnino  
Ens aut est  $\omega\delta\upsilon\omega\sigma\epsilon\lambda\omicron\nu$ , ἢ  $\xi\sigma\tau\acute{\iota}\alpha$ : aut  $\iota\pi\sigma\epsilon\pi\iota\sigma\epsilon\lambda\omicron\nu$ , τὸ  
 $\sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\tau\eta\sigma\iota$ : Substantia est Ens per se subsistens &  
quidem duplex: alia per se  $\alpha\iota\omega\tau\eta$  i. e. immobilis:  
alia verò  $\kappa\iota\omega\tau\eta$  i. e. mobilis. Immobilis & æterna  
substantia est DEUS  $\alpha\iota\omega\tau\omicron\varsigma$ : secundum quid & qui-  
dem perpetuæ sunt mentes & intelligentiæ cælestes:  
Mobiles autem substantiæ & mutabiles sunt  $\alpha\iota\pi\omicron\sigma$   
 $\alpha\iota\omega\tau\eta$  i. e. substantiæ sensibus obviæ & compositæ, quar-  
um præcipuæ & essentielles partes sunt  $\acute{\omicron}\lambda\upsilon\gamma\eta$  &  $\epsilon\iota\sigma\theta\eta$   
i. e. Materia & forma. 5. Metaph. c. 7. & 10. Metaph.  
cap. 2.

19.

Istæ autem rursus substantiæ vel sunt  $\alpha\epsilon\delta\tau\epsilon\alpha\varsigma$   
vel  $\epsilon\upsilon\tau\epsilon\tau\eta$  prima, aut secunda. Scalig. 1. de plant.  
Arist. falsò creditis p. 105. Tot locis id scriptum est,  
species nusquam extare præter individua. Quin Ari-  
stoteles individua primas esse substantias; genera spe-  
ciesq. secundas dixit. Quin ambiguo, ne dicam odio-  
so verbo Philosophus utitur, ubi dicit  $\mu\acute{\alpha}\kappa\epsilon\tau\omicron\varsigma$   $\xi\sigma\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$  in  
Categ. Plato verò res ait hîc esse, quia species earum  
præsent, ad quem modum accipit solas species verè esse,  
quoniam nullo modo corrumpuntur. Vis autem sen-  
tentia Peripateticorum longè alia est: ab æterno consti-  
tutas species, in individuorum successione perpetuam.  
Est igitur existentia in hoc aut in illo corruptio: essentialis  
nunquam. Arist. 5. Meta. c. 8. & in Categ.

20.

Accidens autem est Ens in substantia ac per sub-  
stantiam, non per se subsistens, seu, ut communes lo-  
quuntur interpretes, est Ens in substantia. Per se enim  
Accidentia subsistere  $\alpha\delta\upsilon\alpha\tau\omicron\iota$   $\xi\sigma\tau\acute{\iota}$ .

Est

21.

Estq; omne accidens aut simplex & absolutum; ut τὸ ποσόν καὶ ποιόν i. e. Quantum & quale: aut relativum, ut τὰ πρὸς τι: i. e. ad aliquid: vel ex simplicibus ortum ac constitutum, idq; rursus vel è substantia cum qualitate; unde τὸ ποσόν καὶ πλάθειν: vel cum quantitate. ut τὸ πρὸς; aliquando: vel deniq; è substantia cum relatione aut ad locum; aut finem; aut habitum; unde τὸ πῦρ, καὶ ὁ δάσος, καὶ ἡ γῆ i. e. alicubi, situm esse & habere. Ibid.

22.

Hactenus de Entis primariis distinctionibus. Sequuntur ejusdem affectiones; inter quas principem illæ obtinent locum; quæ universalissima cum Ente communitate participant, & vulgò ὑπερβασιμώτα i. e. Transcendentia nominantur, scilicet præter Ens, atq; Rem; unum, τὸ ἓν, cui opponitur τὸ πολὺ i. e. multum; verum, τὸ ἀληθές, cui opponitur τὸ ψεῦδες: Bonum; τὸ καλόν, cui τὸ κακόν i. e. malum est contra positum; 4. Metaph. c. 2.

23.

Unum igitur dicitur; quidquid in se est indivisuum. Etenim τὸ ἀτομὸν τὸ τί ἢν εἶναι τῆ εἰδος i. e. Indivisuum esse est unius ipsa quidditas. Differtq; maxime ab uno Arithmetico hoc unum Metaphysicū. Quia scilicet generalissimum hoc est, & Enti essentialiter conjunctissimum; neq; ab eodem diversum aut contradictum. Arithmeticum verò Ens est solius quanti. 5. Metaph. c. 6. & 10. Met. 4.

24.

Dicitur autem unum aliquid non uno æquali semper modo: sed aliud unum est proprie ita nuncupatū; aliud improprie, & rursus unum proprie dictum vel est unum per se, vel per accidens.

25.

Unum

Unum proprie dictum & quidem per se rursus vel Logice sic dicitur & intentionaliter vel realiter. Unum Logice dictum triplex est: 1. τὸ ἐ. ἀριθμῶν i. e. numero unū, quo etiam pertinet quod est ἐν τῷ λόγῳ i. e. unum definitione esse deprehenditur. 2. τὸ εἰδῶν i. e. unum specie eadem. 3. τὸ γένος, unum genere vel summo vel subalterno eodem. 4. τῆ ἀναλογία i. e. proportione unum, que est in iis, quorum duo duobus semper sunt similia, & ob id quatuor terminis constituitur vel explicitē, vel implicitē ita, ut tres quidem sint tantum termini; duorum autem rationem alter eorundem habeat.

26.

Realiter verò & quidem proprie ac per se. Unum quadruplex esse à Philosopho ponitur, scilicet 1. τὸ ἐν τῇ συνάξει i. e. unum per continuam copulam seu continuitate unum. S. g. tabule invicem compacte aut connexa. 2. τῆ συμφύσει i. e. unum concretionem seu coactionem. S. g. Unum in humoribus commistis & temperatis. 3. τῆ ὕλης i. e. unum ratione subjecti & materia. Sic omnia ortui & morti obnoxia unum quid ratione materie esse dicuntur. 4. τῆ οὐσίας i. e. unum ratione Essentia, quod etiam maximè omnium unum dicitur de iis, quorum una & eadem Essentia est definitio.

27.

Unum verò proprie quidem; sed per accidens dicitur trifariam: 1. quidem unum accipitur ὡς ἐπὶ οὐσίαν τῆ συμβεβηκῶς ἐν τῷ τῷ i. e. subjectum cum suo accidente. 2. Accidentia duo, ὡς συμβεβηκῶς ἐν τῷ οὐσίαν τῷ i. e. in respectu ad unum subjectum. 3. Duo subjecta respectu unius & ejusdem accidentis. 5. Met. c. 8.

28.

Improprie deniq; illud unum esse deprehenditur; quod quidem varium esse potest & multiplex: certa tamen alicujus rationis respectu impropriam unitatis appellationem sibi adsciscit; velut cum id, quod perfectum est.



est, unum dicitur, & cum ejusdem effectus concurrentes causas unum quid nominamus. Lib. 10. Met. c. 2.

29.

Unus autem τὸ ἀντικείμενον i. e. oppositum est id, quod multum est & quidem ἐναντιος i. e. contrarie in-primis, sed ita, ut utrumq; hoc contrarium vere sit Ens, velut album nigro contrarium, ejusq; velut privatio concipitur: utrumq; tamen verum Ens existit. Cum igitur tot modis alterum dicatur oppositorum, quod modis dicitur alterum, sanè quotuplex unum esse posuimus; tot etiam modis plura accipi merito statuimus. 10. Metaph. 3.

30.

Ratione autem unius & plurium τὸ αὐτὸ ἢ ἕτερον, ἢ τὸ αὐτὸ, ἢ τὸ ἄλλο i. e. Omne Ens aut idem est aut diversum, & quot modis unum dicitur, tot modis etiam idem aliquid dici potest. Differt tamen idem ab uno; quia cum hoc simpliciter sine omni prorsus multitudine consideretur: illud sanè ad plura respectum quendam includit. 5. Metaph. 9.

31.

Non idem longè sanè, quàm ἕτερον i. e. diversum est generalius: si quidem ὁ γ. ὁ ἀνε κῆρ ὁ κενός, & ὁ ἀέρ τὰ ὑλικά: ἀέρ ἢ κενός ἕτερον i. e. Aer & vacuum non idem rectè dicuntur; sed non diversa. Το γὰρ κενός μὴ ὄν i. e. vacuum enim est non Ens. 5. Met. 10. 5. Met. 10.

32.

Diversa autem alia sunt τὰ εἶδη i. e. Specie: alia τὰ ὕλη καὶ τὸ ἀριθμὸν i. e. Materia & numero: alia δὲ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ λόγον i. e. diversa definitione & essentialia, imet etiam predicamentali, ut animal & habitus, illud substantia est; hoc Qualitas.

33.

Ipsis autem diversis etiam τὰ διαφορὰ i. e. differentia merito subnectuntur, quorum quatuor sunt modi: 1. Differe-

Differentia dicuntur, quæ cum eadem sint ἢ τὸ γένος ἢ τὸ ἀριθμὸν ἢ τὸ εἶδος i. e. Ἐ genere Ἐ numero Ἐ specie; aliquam tamen in aliquo diversitatem agnoscunt. 2. quæ adeò genere indicem sunt diversa, ut nec analogica quædam convenientia inter ea dari videatur. 3. quæ ejusdem generis differentia sunt, vel etiam species contraria: 4. quæcumq; in essentia habent aliquam diversitatem. 5. Met. 9.

34.

Maximè autem differentia τὴν ἀντιθέσιν i. e. contrarietatem includunt, unam scilicet τὴν ἀντιθέσιν i. e. oppositorum speciem; cui reliquæ tres merito adijciende videntur, utputa ἀντιθέσιν ἀντιθέσιν i. e. contradictoriè opposita, ἢ ἀντιθέσιν, Relatè, ἢ ἀντιθέσιν ἢ ἀντιθέσιν i. e. privativè opposita. De quibus plura in Log. l. 9. Met. 10.

35.

Porrò ad idem Ἐ diversum etiam id, quod ἴσους ἢ ἀντιθέσιν i. e. simile ac dissimile dicitur, propè accedere censetur, ita tamen, ut pro meliori distinctione in primis hîc illa Philosophi sententia sit tenenda scilicet, Eadem, inquit, sunt, τὰ ποσὰ, quarum una est Essentia: ἴσους δὲ similia verò, quorum una est qualitas: ἴσους, paria Ἐ equalia, quorum una est quantitas. Idem quoque de horum contrariis dicendum est Ἐ observandum. 5. Met. 9. Ἐ 4. c. 15.

36.

Excipit tractatum nostrum τὸ ἀληθές i. e. Verum, quod haud secus ac Falsum ἐστὶν ἀντιθέσιν ἢ διαφέρει rerum consistit. Nam Esse Ἐ Est, verum esse notat Ἐ indigitat. Non esse autem non verum esse æquè in affirmatione Ἐ negatione. Ita si Socrates Musicus sit, in hac enunciatione; Socrates est Musicus, EST. id verum esse declarat; aut si Socrates non sit albus, in hac enunciatione, Socrates albus non est, idem verbum hoc

verum

Verum esse significat. In illa autem diameter non est incommensurabilis, hoc significat esse falsum. 4. Met. 7.

37.

Nimirum, quod EST, ut verum; & quod non EST, ut falsum, ex conjunctione & disjunctione rerum existit. Totum autem in contradicentium partibus cerneatur. Verum namq; in iis rebus, quae conjunctae & copulatae sunt, affirmationem habet; negationem autem in earum separatione & disjunctione. Falsum verò harum partium habet contraria, quae ἀντιθέτως i. e. contradicentia nuncupantur. 5. Met. c. 3.

38.

Hinc illud liquido patet, omne verum, ut & Falsum cum οὐτε-δ' ἕξω διαφέρει consistere: quae ipsa Compositio ac Divisio bifariam consideratur: vel ut cum τὸ πρῶτον i. e. Reapse: vel ἡ τῆ διαβολῆ i. e. animo & intellectu: Et haec, quae mente concepta est, si ipsi rei, pro ut est applicetur, verum inde existit. Δόγου γὰρ ἀληθείας: ὡσαύτ' τὰ ἀληθῆ. 5. Metaph. c. 6. & 1. πρῶτον ἰσχυρίας.

39.

Sciat autem, quod verum est, fundamentum basimq; habere in re ipsa constitutum: ita quoque τὸ ἀγαθόν i. e. Bonum in re ipsa subsistit ratum & confirmatum, non quidem ut verum; scilicet κατὰ κρίσιν καὶ ἀίεσιον: ἀλλ' ἡ κατὰ τὰ εἰσώσιον i. e. secundum perfectionem & consummationem. Seu ἀπερὶ τὰ, ut Scaliger nos aucti 1. de plant. ad Arist. p. 178. Ἀρχὴν enim verticem notat, & potissimum. Hoc summum est concisum. Quod integra voce fuit supremum. At summam rei cum dicimus, id aliud est & ἀ sumendo sumtum. Ut si dixerim cum plauti parasito, quinquaginta, centum, triginta, sexaginta? miles statim querit ibi: quanta isthac hominum summa est? propterea quod accipit eae quatuor membra, quae sibi sumenda jubet miles, ut unus fiat

B

fiat

fer numerus, qui eam ob causam dicatur summa. Verum, ut sepe soleo dicere, & hoc notate; non admodum multi sincere utuntur dicendi ratione, multo paucioribus que loquuntur, quare sic loquantur, notum est. Bonum enim perfectio est rei (viderat DEUS, que fecerat, & erant omnia valde bona) & perfectio dicitur cuiusque rei appetibilis defectus in suo genere completio: ut contra Malum τὸ κακόν; quod non quidem Bono transcendenti absoluto: sed potius Bono respectivo est contrarie oppositum. Rei vero imperfectio est completionis istiusmodi impedimentum. Pro cuius declaratione Scaligeri ista advertenda nobis sunt è 2. de plant. ad Arist. p. 317. Τὸ τὸ κακόν αὐτὸ ἀλλοῦ ἐστὶν ἄλλοιο ἔσθαι, aliud esse, quam ἀπὸ τοῦ κακοῦ, aut ἐστὶν ἄλλοιο γένος, nemo nescit in Lyceo. Sic neq. Stoici, neq. Academici, neq. eos secutus Cicero in suis libris de Finibus. Et perfectio nostra Latina vox. Finis generationem significat, non abolitionem: Siquidem à verbo FIO deductum est. Itaque vulgò quoque, ἵ, qui metallicis presunt, aut bractearii audiunt, ubi aurum argentumve excollunt, quasi finem sit, id est, perfectionem consecutum, à Fine denominant; tam Itali, quam vel Galli, vel Hispani vel Germani, Sciu Gold. Qua ratione τὸ κακόν quoque dicuntur veltigalia, propterea quod essent regnorum rerumq. publicarum perfectiones & anima q: quedam.

Nam quod usurpat vulgus de iis, quos mori nos dicimus, τὰ κακὰ μάλιστα ἡμῶν τὰ κακοῦ, que d. vulgus, inquam dicit de us τὸ κακόν, non tam affert labem voci propter odium commune mortis, quam elevat illius obtreccationem voci lenitate. Sic enim veteres sapientes putarunt, abire nos hinc, quod & ἀπὸ τῆς ζωῆς & ἀπὸ τῆς ζωῆς dicere soliti erant; ad meliorem vitam & verum propriumq. Finem adipiscendum. Item 1. de plant. pag. 153. Si sit, quod non erit; ergò deérat. Non igitur perfectus erat mundus. Est enim perfectum, cui nihil addi potest. Galenus quoque in historia Philosopho-

Isophorum recitat Empedoclis sententiam, huic haud  
abfimilem, quae censeret generationem haberi pro im-  
perfectione; Verissimum quidem est dupliciter illud,  
1. Generationem esse imperfectionem: Siquidem est  
ut *in d. 4. 2.* Instituta est generatio à Natura pro-  
pter imperfectionem i. e. impulsiva à defectu ad supple-  
mentum, ne deficerent species. At ex hoc vero non o-  
ratur illud, ut verum. Idcirco mundum esse imperfe-  
ctum. Nihil enim fit in specie nobi. 5. Metaph. c. 10. &  
10. Metaph. c. 4.

40.

Haecenus Metaphysica generalis de Ente, ejusque  
principia distinctionibus atque affectionibus cum Ente  
transcendentibus communiter nos edocuit; Sequitur  
specialis, quae de Nobilissimo imprimis Ente, scilicet sub-  
stantia speculationem instituit; ita quidem, ut praem-  
issis quibusdam de substantia naturali & mobili in-  
primis ad considerationem supernaturalium substantia-  
rum progrediatur.

41.

Naturalis igitur substantia mobilis corpora com-  
plectitur quo ad motum, superiora & inferiora, quorum  
haec perpetuis mutationibus obnoxia sunt; illa vero im-  
mutabilia & incorruptibilia. An autem utraq; de eadem  
prima materia participant, controversum est, & Scaliger  
litam hanc movit & diremit. l. 1. de plant. p. 92.

42.

Fiunt enim haec substantiae inferiores cum quadam  
perpetua vicissitudine, quae non nisi inter opposita esse  
potest, & haec ipsa non sunt sine subjecto tertio. Unde dicitur  
oriuntur principia contraria, scilicet ad 1. & 2. i. e.  
forma & privatio: quibus necessario subternitur ter-  
tium ut *ut oxci μνοi* i. e. eorumdem subjectum scilicet *νύκτι*  
*αὐτῶν* i. e. Materia prima, quae partim est Ens in poten-  
tia; partim non Ens actu. L. 7. Met. 7. & 8. Met. c. 1.  
1. Physic. 3. 4. & 6.

B 2

E qui

43.

Ex quibus modis dictis principiis in generatione postmodum non quidem ipsa rei forma fieri & generari putanda est, uti neq. materia; sed per extrema hæc tertium aliquid exoritur, nempe compositum. 8. Met. 3.

44.

Ipsa autem forma Naturalis extra materiam minime sine composito esse potest; aut existere, eademq. etiam ratione post compositum haudquaquam permanet; sed una interit, sola intelligente hominis anima excepta, quæ quidem ante compositum non præexistit: post tamē illud ipsum permanere potest ac subsistere, cum per organum corporeum minime operetur. 8. Met. 3. & 13. de An.

45.

Eadem verò substantiarum & accidentium principia licet non sint verè & proximè: analogica tamen & remota ratione eadem rectè statui possunt; analogica, inquam; si proportionaliter principia substantiarum intrinsicè & accidentia comparentur & transferantur. S. g. ut in substantiis Materia sese ad formam recipiendam & privationem alterius formæ sustinendam habet: ita in accidentibus e. g. in superficie dealbata materia se habet superficies; quæ albedinem quasi formam recipit; nigredinem, quasi istius formæ privationem recipere est apta. 8. Met. 4. & 12. Metaph. 6.

46.

Ab hisce substantiis inferioribus ad superiores digredimur, quæ nimirum ejusmodi corruptilibus mutationibus minime sunt obnoxie: sed immutabiles & permanentes, & nobiles quidem; verum à principiis & substantiis immobilibus, quarum etiam natura per considerationem priorum mobilium venari valeamus.

47.

Tales igitur æternas ideò, immutabiles dari tantum

dem substantias non nisi à posteriori seu effectu colligi & conjungi potest. Eternum enim est, quod principii expers est, finemq; nullum ullo modo habet. Tale autem tempus esse liquet, cum neq; prius tempore <sup>ro. in</sup> fuisse dici possit, neq; posterius eodem idem fore asseri queat: ut puta, quod prius & posterius non sit sine Tempore, quin imò ipsum sit tempus. Quia igitur tempus ob id æternum est; & motum, in quo tempus perpetuo inhaeret, & per quem definitur, æternum esse oportet, quod cum exinde etiam liquidò sequatur, sive subiectum quoque motus æternum dari oportet, scilicet cælum. Eiusdem motus actiui principium etiam ex consequente, adesse necesse est. Nihil enim seipsum movet. Dari igitur tandem per hæc substantias per se immutabiles & primam deniq; omnium unam, æternam atq; immobilem liquidò consequitur. 12. Met. 10. & 8. Phys. c. 9.

48.

Substantias ergo motrices æternas, secundariò scilicet cælum moventes, ex orbium atq; in his propriorum motuum cælestium numero & diversitate colliguntur, à quibus deinde prima primi mobilis motrix substantia sequitur, quæ per sese immobilis est quidem: per accidens tamen adhuc mobilis esse statuitur, idq; propterea, quòd ea ipsa intelligentia <sup>am rã operis rei realis</sup> <sup>h. e.</sup> à superiore quodam appetibili & intelligibili moveri videatur, quod appetat eadem seu optimum, quodq; intelligat, & per motum in suis perfectiorem debentur continuè desideret. 12. Met. c. 9.

49.

Ut igitur in omni motu Voluntario tria in primis concurrunt: Ita eadem quoq; in Appetitrice & primas motrices habentur. 1. Appetens ipsum, quod desiderio præstantioris adhuc Entis ejusq; perfectissimi afficitur. 2. Organum, seu instrumentum, per quod fit motus, primum scilicet cælum. 3. Objectum ipsum cuius desiderium

B 3

rio

rio & appetitu primum movens cietur, nempe τὸ αὐτὸ  
τὸ αὐτὸν i. e. summum bonum & per se & per acci-  
dens immobile: Unum simplicissimum, optimum ac per-  
fectissimum, nempe primus omnium motor, primumq;  
principium i. e. DEUS ipse immobilis & immutabilis,  
12. Met. 9. 10. & II. Scaliger 1. de plant. red. Arist. motus  
voluntari modum ita ordinat & deducit p. 40. Is sane  
ordo. Velle in communi. Deinde deliberare est actus  
intellectus per cognitionem, promovens se in volunta-  
tem, tum eligere. Itaq; sic sese consequuntur: βελτισ-  
τος, αἰρεσις, πρῶτος.

50.

H Δε γὰρ αὐτὴν seu Degentia illa, quam agit  
primum hoc omnium principium, Ens Entium & cau-  
sa causarum, primusq; autor & gubernator, optima est,  
atque excellentissima, pulcherrima ac jucundissima,  
quam scilicet nulli mutationi, nulliq; tempore obnoxius  
in absoluta & perfecta sui ipsius omniumq; à se solo &  
uno dependentium intellectione agit, & eam quidem  
in actu semper presentissimo atque omni delectatione re-  
fertissimo, quin inò in se solo ac secundum se; non in  
ulla relatione ad aliud, mirè voluptuoso.

51.

Vita quoque ejusdem principii seu DEI optima  
est & perpetua. DEI enim actio est immortalis,  
que in vita posita est sempiterna; recteq; DEUM ani-  
mal esse & sempiternum & praestantissimum dicit Phi-  
losophus. Vita igitur & abum jure & continuum DEO  
opt. Max. suppetit. Est enim Hoc DEUS. 2. de caelo  
c. 3. & II. Metaph. c. 7.

52.

DEUM animal esse, mirum dictu: id Scaliger  
& Jamblichus enucleat 1. de plant. p. 84. Intellectus di-  
vinus dat esse anime nostrae illa ipsa intellectione, quam  
sibi habet essentialem. Quare anima ipsius esse quod-  
dam



dam fit propensio nature vid. intelligendum DEUM. Si enim DEUS, DEIQ. à DEO intellecti essentia unum est; & nihil aliud, quam DEUS; atque ea quidem reflexio fiat sine motu, loco & tempore, nostrum esse fit per eam intellectionem, tamdiu actu erimus, quamdiu DEUM intelligemus. Anima verò plantæ, quia inferior est, non habet hoc Esse, per intellectionem suam, ab intellectione DEI: sed per Essentiam a b Essentia. Non solam verò essentiam, sed essentiam detegabilem.

53.

Iste DEUM animal appellabit, tamen si neque solus neque primus. Mundi quidem dicit animam Proclus & Plotinus à Platone. Animal ergò mundus, non DEUS. Zeno quoque definit DEUM animal immortale, beatum; sic & Epicurus, licet alia ratione statuant animal. Is enim ordo. DEUS summus. Dii secundarii: tum demones, Heroës, intellectus & anima humana. In 7. & 8. Phys. & 12. Metaph. hoc disputatum est. Sine prima intelligentia DEUS, an alia supra illam, cuius è nutu & hæc & alia pendeant. Quæ sint in opere jussu ejus, cuius operis illa expers; atq. immunitis. Unde non est verum, quod ait Averroës contra Aboali: Primum Philosophum accipere à naturali, DEUM esse. Si enim DEUS aliud est à primi orbis motore, mentiquam per motum cognovit naturalis DEUM: sed motum primum primi orbis. Nam postea velle DEI substantiam atq. vim perscrutari, nequaquam interest ejus, cuius intellectio motus finibus est præscripta. Ad ipsum verò DEUM nullo gradu naturali quis ascendere potest. Tanto minus erit animal, siquidem capit & ambit universa, tum animata, tum animantia, tum hac utraq. natura carentia.

54.

Estq. idem omnis magnitudinis & molis expers, & jussu & rgi aliis q. i. e. i. e. i. e.

B 4

Impar

*Impartibilis, indivisibilis, impassibilis & immutabilis.*  
*Quia enim infinito tempore eum movere certum est, sa-*  
*ne infinite ob id virtutis necessario fuerit, quae sanè in-*  
*magnitudine finita nequaquam subsistere potest. 8. phys.*  
*5. 10. atq. ita infinitus ut sit & sine omni magnitudine ne-*  
*cesse est: quin imò exinde etiam partes habere nequit*  
*ullas, neq. divisionem sui agnoscit ullam, cumq. loci nul-*  
*lam mutationem recipiat, neq. certè aliis aliis mutatio-*  
*nibus obnoxius erit: & sic impassibilis atq. inalterabilis*  
*i. e. in aeternum sui similis, unusq. & idem perpetuo. 12.*  
*Met. c. 11.*

55.

*Hinc iterum Scalig. r. de plant p. 83. Quasi verò,*  
*inquit, non illud omnium rerum principium sit. Sunt*  
*ea, quae sunt. Quia ipsum est. Proinde sapienter Tris-*  
*megistus: Unum omnia esse, & omnia unum. A quo Par-*  
*menides acceptum cum reliquisset indiscussum, prae-*  
*occasionem Peripateticis deambulandi. Est autem prin-*  
*cipium istiusmodi, ut, tametsi ejus aliquid sumas; ex eo*  
*tamen nihil sit sumtum. Mira sanè res. Namq. de ni-*  
*bilo cuncta qui creavit, propter infinitam potentiam, a*  
*seipso attribuit, quod foret nostrum, propter infinitam*  
*bonitatem, nihil sibi demisit ob infinitam sapientiam. Ne-*  
*que enim potuit sibi deesse, qui & nobis adesse voluit, &*  
*non quibit non superesse; Quippe immortalis ipse cum-*  
*fit; nulla capitur materia: si non capitur, in partes non*  
*secatur. Verum ut solemus, dicere, merum hoc mare*  
*est, cujus estu rapimur vel nolentes.*

56.

*Licet igitur extra sensibiles aliasq. compositas sub-*  
*stantias, separatas etiam & abstractas quasdam dari a-*  
*ternas philosophice concedamus: Platonis etenim Ideas*  
*& Pythagoreorum numeros eatenus minimè recipimus,*  
*quatenus eos rerum causas esse posuisse idem scribitur:*  
*quin potius post ejusmodi separatas intelligentias, seu*  
*motri-*

motrices substantias, unam principalissimam ac perfectissimam omnium causam, omnium autorem, & supremum gubernatorem unicum ponimus, adeo ut hic etiam illud Poët. accinendum non immerito censeamus:

ὁὐκ ἀγαθὸν πολυκρατορίη: ἓς κοίτης ἐστὶ.

Multorum imperium prævum est: rex unicus est.  
Arist. l. 12. Metaph. c. 8.

57.

Ipsam autem DEUM nec perfectè definire, nec intelligere exquisita cognitione possumus; quin potius ad ejus Essentiam ejusq; contemplationem intellectum se nostrum habere liquido profitemur, ὡς περὶ τὰ τῶν νοητέων ὁμοιωτα πρὸς τὸ θεῶν ἔχει μαθηματικῶν i. e. sicut se vesperilionum oculi ad lumen habent meridianum.

58.

Nihil enim, quod ad intimam ipsius DEI naturam seu essentiam spectet, à nobis exprimi atq; explicari potest: verum quaecumq; DEO attribuantur, ea ab Entibus in hac universitate principalioribus & prestantioribus primum concepta, ad eum ipsum transferuntur, inq; modo & gradu ab solutissimo omniumq; excellentissimo de eodem accipiuntur. Unde Damascenus scribit: τὸ μόνον αὐτῶν κατὰληπτόν, ἢ ἀπείροτα καὶ ἀκαταληπτόν i. e. solum hoc ejus comprehendi potest, quod comprehendere non potest. Et idem alibi: Cognitio eorum est, quæ sunt: at DEUS super ipsum ESSE est. Ergo & supra atq; extranotitiam. Quia supra essentiam. Iterum ipse, ὡς περὶ συνίφερον ἡμῶν γνώσεως, ἀπακάλυψαν: ὅπερ δι' οὐκ ἐδυνάμεθα φέρειν, ἀπεστῶκεσαν i. e. Quod ex usu nostro scire erat, aperuerunt: quod non tale & ferre aut capere non poteramus, tacerunt.

59.

Quibus missis magis quæ de ipso dici & attribui solent, luseremus; & per ea simul in amorem & admirationem ejus ducamur. Sunt autem trium generum, quæ

B 6

que de illo usque ad hunc; i. negando. Et si uis facere eas, ut  
 dum Infinitum, Inmensum, Incorporeum dicimus. Nihil  
 enim adstruimus nec esse significamus: sed aliquid non esse.  
 se. 2. xara xara. secundum respectum, ut cum Domi-  
 num, Rectorem, Patrem appellamus; significantes tale  
 agere et taliter affectam esse. 3. deniq. quod xara xara  
 i. e. secundum naturam, dicunt, cum aliquid conatur  
 ostendere ei insitum et amicum ut justum, bonum, sapien-  
 tem esse. Primum genus tutissimum est et admirationis  
 non notitie facit. Alterum tenue et non nisi a nostri aut  
 operum ejus aspectu ductum. Tertium conatur adire  
 sed arcetur et aliquid circa naturam, si non ipsam, li-  
 bat. Lipsius in Stoic. Phys. l. 1. diff. 9. p. 20.

60.

Est igitur DEUS ex sententia Philosophi: *ἐν  
 τῷ ἀρχαίῳ ἢ ἀρχαίῳ καὶ ἰσὺς τῆς ἀρχῆς. ἔστι δὲ ἀρχὴ ἀκίνητος  
 αἰδιότος, ἀσείστητος, ἀσπαστός, καὶ ἀπρόσδοτος, ἀπὸ ἧς ἕκαστα  
 κινῶνται ἢ ἕκαστος καὶ ἀπρόσδοτος ἢ ὄντως. Μηδὲ πάρα  
 φησὶ δὲ ἡ ἀρχὴ ἀκίνητος i. e. Est actus simplicissimus et  
 perfectissimus, immutabilis, aeternus, infinitus, impar-  
 tibilis et impassibilis, a quo totum caelum et uniuersa  
 natura dependet, qui etiam nihil frustra, nihil male ef-  
 ficat. Beatus ac felix, non propter aliud aduentum,  
 ad iumentum: sed per se ipse et natura sua optimus. 12.  
 Metaph. 9.*

62.

Est enim DEUS, si vim spectes; Valentissimus et  
 fortissimus; si decus, pulcherrimus; si vitam, immor-  
 talis, si uirtutem, excellentissimus ac prestantissimus;  
 aeterna potentia et sapientia, caelum terramq. et omnia  
 in his contenta regens et gubernans. Quod enim nabi  
 nauclerus; quod currui auriga, quod choro praecentor,  
 quod deniq. Rex civitati, et dux exercitui, hoc DEUS  
 praestat mundo. lib. de Mund.

Hinc

Hinc Cleanthes apud Clementem Alexandrinum

Εἰ το ἀγαθὸν ἱρατῶς μ' αἰτῶν ἔσ' ἄνευ δῆ.

Τελευτῶν, δίκαιον, ἴσκιον, ἰουστῆς,

Κραταυῶ ἑαυτῶ, χεῖσιμον, καλον, ἕεον,

Αυστηρον, ἀδελφῆσον, αἰεὶ συμφέρον,

Ἄποσον, ἄλυπον, λυσίτιλῆς, ἀνώδυνον,

Ωφελίμον, ἐνάρῆσον, ἀσφαλῆς, φίλον,

Ἐπιμονὸν ὁμολογῶντων.....

Ευκλείης, ἀτυφον, ἐπιμελῆς, πρῶτον, σφόδρον

Χροζῶδον, ἀμειπτον, αἰεὶ ἀγαθόν.

Αἰετῶδες, πᾶς, ὅστις εἰς ὄψαν βλέπει,

Ὡς δὴ πᾶρ' ἰκενὴς τευξάμεν καλῶ πινός:

i. e. Si quale sit bonum rogas: ita accipe.

Est ordinatum, justum & est sanctum, pium,

Sui potens, commodum aliis, pulchrum, decens,

Rectum atq; constans: semper autem conferens;

Expers metu, dolore, curis omnibus,

Jubans, benignum, stabile, amicum, amabile,

Honore dignum, confitendum.....

Et gloriosum, non superbum, quod gerit

Curam omnium, placens & viribus valens,

Ævi setus, culpæ inscium, semper manens.

Ab vilis ille, Opinionem qui adspicit,

Tanquam duce hac venturus ad veri scopum.

Lipinus l. i. Stoic. Physiol. diff. 10.

Scaliger finiat & de DEO, quem cum cælo confert, elogium subdat. i. de plant. ad Arist. p. 157. Quis mentis compos mundum dicat ὡς ἐκὴν; quis πλῆθος τῶν; Quæ eum (de Platone loquitur) movit causa, ut superlativo uteretur, cum tamen nihil videas, quod aut corruptibile per se non sit, aut non habeat principia in se corruptionis. Quin eodem in libro DEOS ipsos affirmat sua natura corruptibiles esse, conditoris autē benignitate

gnitate sempiternos. Vel ipsi cælo cuiusmodi attributus  
 mus perfectionem? Quippe quod semper movetur, ut  
 perficiatur. Perficitur autem multiplici sanè DEI imi-  
 tatione. Movetur, ut agat omnia, quæ agi apta sunt. Ita  
 Deus opifex omnium. Non mutat locum cælum ita, ut  
 ab eo exeat: Sic DEUS non movetur; neq. ex se exire  
 potest. In seipsum recurrit cælum: eodem modo totus  
 in seipso DEUS. Cæli superficies extima nullo corpore  
 terminatur; atq. ita rationem habet infiniti. Similiter  
 nec DEUS ullà re.

65.

Imò verò ut effodiamus corvis istis oculos, neque  
 ullà re, neq. nullà re. Nam Ens finitum, per imagina-  
 tionem terminatur à non Ente. Verum enim est di-  
 cere, extra illud Ens finitum non esse aliquid ipsius En-  
 tis, ut extra cælum primum. Terminatur enim per in-  
 tellectus nostri sum, à non corpore. Atq. DEUS neque  
 ab Ente, neq. à non Ente ullo modo prescribitur. Quis  
 nostra est finita comprehensio. Est igitur intra ipsam,  
 qui est infinitus. Si semper intra, nunquam quidquam,  
 quod sit extra illum, capere poterit. Ergò verè DEUS  
 infinitus.

66.

Mundus non verè, non simpliciter, non à se: sed  
 quadam q. adulatione. Non est ergò perfectus, tan-  
 tum abest, ut sit perfectissimus. Non est item autoge-  
 nus. Pendet ille ab omnium rerum principio primo.  
 Propter quem, à quo, in quo unum sunt omnia. Et cuius  
 unius egent, ut sint omnia unum. Cùm igitur non sit  
 à se: non est à se: neq. à se: neq. à se: non erit à se:  
 neq. à se: sed ab à se à se à se.

67.

Creabit porrò DEUS mundum, non genuit. Quod  
 enim gignitur, ejusdem vel speciei, vel generis, vel essen-  
 tiæ est: DEUS ergò gignit, quod ex se: creat autem,  
 quod

quod e nihilo. Quae Plato verissime scripsit: Et aliunde  
 haufit. De Domino JESU vates illi primi cum scripsif-  
 sent haec, neq. ipse personas in unitate valeret compre-  
 hendere: ea transtulit ad sensu perceptam rem, nun-  
 dum scilicet ipsum. Est enim Filius DEI à DEO geni-  
 tus. Intelligens enim seipsum DEUS, generat ex se  
 sibi aequalem filium: propterea quod intellectio est equa-  
 lis intelligenti. Ergo etiam res intellecta. Præterea  
 cum unum eundemq. sibi DEUM DEUS. Quia gene-  
 rans est immaterialis Et infinitus. Indivisibilis igitur;  
 unum igitur. Non enim ex se potest exire. Ideo dixit  
 in 1<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> 1<sup>o</sup>. Hinc filius JESUS sapientia est DEI.  
 Hinc inter intelligentem Et rem intellectam cum nullum  
 sit intervallum: Et illi sunt æquales inter se: una volun-  
 tas, unus spiritus procedit ab utroq. qui utriusq. est Et  
 cum illis unum. Qui in me nunc, vobis ut hæc aperiam  
 esse desinit. Hic est ille DEUS perfectissimus. Quia ge-  
 nitus à perfectissimo Et una cum illa perfectio, prima,  
 media, ultima, per se sufficiens. Quia unum cum eo, qui  
 sufficit omnia: in se manens. Quia pater in se manet.  
 Unus DEUS, unus Dominus; per omnia, super omnia,  
 in omnibus ante omnia, post omnia, excelsus, gloriosus,  
 immensus, incomparabilis, incomprehensibilis.

## DISPUTATIO EJUSDEM DE NIHILO SEU NON ENTE,

### I.

**T**æ per 1<sup>o</sup> 3. in Philosophia Platone duce, accipi-  
 mus significationes. Raphaël Volaterranus: *Tantum*  
 Entis sive Essendi vis est; ut etiam non Ens esse Ens  
 dicatur, Et sub Ente veniat, Sed ex veritate enunciatio-  
 nis non potest necessario inferri ejus subjectum esse Ens,  
 cum

cum possit esse non Ens. Inde non valet. Chimera est non  
ens.

Ergo chimera est.

aut; Nihil est nihil.

Ergo nihil est.

Ἐν δὲ τῷ εἶναι, κατὰ τὴν καθ' ἑαυτοῦ ἐπὶ τὸ εἶναι  
καὶ ὑπερῆν ὅσα ἐστὶ συλλογισμῶς.

2.

Primum enim. Non Ens dici is vult, quod peni-  
tus nihil est & absolute. Contra quod ha' aggeruntur  
objectiones: Non Entis nulla est scientia. R. 1. Sci-  
entia alia est directa: alia analogica. Major vera est  
de illa: de hac vero falsa. Sic enim circuli caelestes, or-  
bes planetarum non sunt Entia: et tamen in natura. 2.  
Duplex est Ens apud Arist. 5. Metaph. proprie dictum,  
seu κατὰ αὐτὸ ἢ i. e. per predicamentorum genera dif-  
fusum, & Analogicum seu κατὰ συμβεβηκός, quod so-  
lum est in propositionum connexionem, ita ut etiam non-  
Entia in enunciationes assumpta, fiant Entia ὅσα ἔξω:  
ἀλλ' ἐξω: οἷον ἐν τῇ Ἀναοικ. Quando ergo dicitur  
de non Ente nulla est scientia. Vera est major de utro-  
que modo intellecto Non Ente. Falsa autem de alterutro.  
Porro nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in  
sensu. Sed non Ens non fuit unquam in sensu. E. R. 1.  
Sophisticè assumpta majorè. Nihil est in intellectu, quod  
non prius fuerit in sensu, ut cetera Entia. Sed non Ens  
est nihil. Ergo non verè est in intellectu, & per conse-  
quens est scibile. R. 2. Omnis cognitio est a sensu; sed  
bifariam: vel directè, ejusdem scilicet rei, quam cognos-  
cimus; vel indirectè, alterius nempe rei, e cujus sensu  
perceptione in alterius scientiam, que sub scientiam  
nunquam venit, pervenimus. Sic DEUS per se ἀνά-  
στασις: ratione tamen creationis ac conservationis a  
posteriori seu effectu nobis innotescit. Sic materia pri-  
ma ratione generationis & corruptionis ἰδὲ συλλογισμῶς  
pate-



patet. Ita enim ex sensu Entis cognoscimus non Entia.

II. Omne Ens vel est substantia vel accidens. E. R. verum est de Ente primi modi seu κατ' αὐτό: non de Ente analogico, nisi rursus analogice. Tunc enim non Ens quod est accidens, ἐν ἄλλοις efformatum opus.

III. Non Entis nulla accidentia. Ergo de eo nihil affirmatur. R. Non Entis est ἡ opinio ἡ predicatio opinabilis, quatenus fingitur aliquid esse Phantasia hominum, ἡ ἴα κατὰ συμβεβηκός Ens est.

IV. Arist. 1. post Analyt. c. 2. ἀληθὴ δὲ ἐναι ὅτι τὸν ἔστι τὸ μὴ ὄν ἐστὶ καὶ αἰ, οἷον ὅτι νύκτις ἔστι σὺμπερίεσθαι. R. Committi fallaciam divisionis, si priora ἀληθῆ omittantur, ἡ fallaciam equivocationis in τὸ μὴ ὄν: τὸ μὴ ὄν, hoc loco scilicet ἀληθῆ. q. d. τὸν ἔστι τὸ μὴ ὄν ἀληθῆ. i. e. τὸ ψευδὲς ἐστὶ καὶ αἰ. Falsi enim non est scientia. Quare quando non datur scientia ejus, quod non est, cum infinitum ἡ vacuum non sint Entia: ipse tamen Philosophus de his agit; sic etiam propositionis falsa datur scientia, quod sit falsa: R. alia est cognitio κατὰ φωνήν ἡ seu οὐ κατὰ αἰσθητήν: alia κατὰ φωνήν ἡ seu ἀναλογικῶς αἰσθητήν, seu ἀναστροφῶς αἰσθητήν.

Positiva non Entis cognitio est, cum aliquis putat id, quod non est, esse, ἡ falsam propositionem esse verā, ἡ ob hoc ait Arist. Scientiā non dari ejus, quod non est. Sed deceptionem per ignorantiam. Privativa autem contra Entis cognitio est cognoscere id, quod non est, non esse, ἡ propositionem falsam esse, cujus datur scientia ἀναστροφῶς. i. e. cujus remotione ponitur τὸ ὄν: ut Vacuum ἡ Infinitum in Physicis.

V. Omne Ens habet Essentiam. Sed non Ens non habet. E. R. per negationem Majoris. Omne Ens habet Entitatem, sed non Essentiam: aut per concessionem.

Quia Essentia duplex: vel propria Entis scilicet proprii, vel analogica analogici, seu dianοητικῆς. Duplex enim est Ens apud Aristot. 5. Metaph. vel

vel κατὰ αὐτὸ: vel κατὰ συμβεβηκός quod solum est in  
propositionum connexionione i. e. ita ut vel non Entia in-  
enunciaciones redacta fiant Entia. De quorum duorum  
Entium discrimine haec Thomas ab Aquino: Secundo  
modo potest Ens dici omne illud, de quo affirmativa pro-  
positio formari potest; etiamsi in re illud nihil ponat: sic  
dicitur non Ens est Ens, & audiens haec respondet: Ita  
est, sed primo modo non potest dici Ens, nisi quod aliquid  
in re ponit. Aliud enim Ens reale, aliud intentionale est.

3.

Deinde non Entis vocem τὸ ὄν quodammodo vni censet  
attribuendam, idq. duplici modo: partim ob temporis  
exiguitatem; partim ob continuam mutationem.

Ratio est. 1. Quia tempus, quo existit, per exiguitatem  
est, si conferatur cum eo tempore, quod non est, quod  
tam ante ipsius generationem; quam post ipsius interi-  
tum infinitum est. 2. Quia dum existit, nunquam i-  
dem permanet: sed continenter variatur. Et hac ra-  
tione etiam sanitas seu concinnum & compositum tempera-  
mentum non Ens dici potest. Quia non diu manet, Gal-  
teste, de tuend. sanit. ubi punctualem illam sanitatem  
non ad ictum oculi durare asserit. Quia corpora nostra  
sunt in perpetuo fluore.

Augustinus id subodoratus l. 8. de civ. DEI c. 11.  
persuasissimè sibi dicit Platoni lectos sacros libros; quod  
res sensibiles & corruptibiles appellet non Entia. Res  
autem intelligibiles & incorruptibiles vere ac proprie  
solum Entia censeat. Praecipue in Exod. c. 3. Ego sum,  
qui sum.

Alexander objicit. Ipse sensus communiter statuit  
haec esse. Ergo non possant non esse. R. latet fallacia a-  
quivocationis in verbo Esse. Nam si de ipso Esse loqui ve-  
limus absolute, nemo insciabitur res generabiles Esse:  
alioquin nec generari, nec interire, nec sentiri possent.  
Sin autè loquimur de Esse non absolute: sed comparate cū  
Esse

Esse rerum aeternarum, quae habent esse immutabile, hoc modo καὶ ἕξοχῶν ea dicuntur esse: ille autē non esse.

Simplicius defendit Platonem. Sicut album id proprie dicitur, quod est purē ac sincerē album; omni permistione nigredinis vacuum: quod autē ita est album, ut plus nigredinis admistum habeat, quā ipsum est, id nemo sanus simpliciter album diceret: sed hoc secundum quid; & potius appellaret non album. Sicut item aqua unum habens gradum caloris; septem autem frigoris, non appellatur calida: sic etiam res corruptibiles potius dici debent non esse, quā esse. Cui etiam Cilius ille Apostolus 1. Cor. 7. sese ipsum dilucide declarando ad stipulatur. Dum differit de matrimonio contrahendo: Tempus per breve: ideoq; uxores habentes, sint q; nullas habeant, stentēs, quasi non stentēs, gaudentēs, quasi minimē gaudentēs, ementes, quasi minimē possidentes, mundiq; delirius utentes, ne abuti, videantur. Nudatio enim huiusmodi perit.

4.

Tandem respectivam quoq; in sua contra Parmenidem disceptatione asserre videtur ἔ μὴ οὐκ significacionem, ponendo quidem μὴ οὐ, οὐ οὐ, in respectu ad id, quod non est.

Sophista versatur circa non Ens. Ergo non dialecticus disputator. R. 1. Esse fallaciā equivocationis. Non ens dicitur ibi respectu essentialium. Quia purus Sophista nunquam de rei proposita adjunctis essentialibus & internis; sed externis tantum & accidentalibus agit i. e. de non entibus seu de non essentialibus rei agit. 2. Fallacia divisionis committeretur a Platone; circa Accidens. Explicat autem se Plato, quod non intelligat simpliciter Non Ens: sed accidens, quod respectu primarii entis & proprie dicti est quasi non Ens. Plato idem in Theet. τὸν ἀεὶ οὐκ ἔστι τὸ μὴ οὐ δόξα. R. Esse fallaciam equivocationis in βασιλ. δόξα. Quia ibi loquitur de δό-

C

Ἐν τῷ ἡλίξῳ. Non de δόξῃ, quæ est χιτῶν ἡγί ἐκ οὐράτου.  
Aristoteles etiam lib. πρῶτῳ ἔργῳ. οἱ λόγοι ἀληθεῖς, οἷον  
ὅτι τὰ πρῶτα. Sed non Ens non est πρῶτον. R.  
latere fallaciam in æquivocatione. Πρῶτον enim hic  
generale est, Enti ac non Enti competens.

5.

Stabilitur autem tertium hoc nihilum communi  
notæ omnis in hoc universo multitudinis ac diversitatis  
modus generalis.

6.

Omissis aliis significationibus hic τὸ πρῶτον ὅν in pri-  
mo significato considerandum proponimus.

Et ita pertinet potissimum ad Metaphysicam,  
quatenus Metaphysica generalis est πρὸς τὸ ὄν, ἢ ὄν-  
τῳ per se, atq. ex accidente πρὸς τὸ μὴ ὄν. Quia re-  
ctum sui ὄν obliqui est index iudexq. Per se quidem Me-  
taphysica circa ens versatur; quatenus tamen ex Entis  
notitia promanat contrarii etiam cognitio: eatenus per  
accidens de Non Ente tractatio est Metaphysica.

7.

Illud nimirum, quod absolute, & simpliciter τὸ ὄν  
est, oppositam, infinitam ab eo habet distantiam.

8.

De quo dubio procul duo sunt in Philosophia cla-  
boratissima decreta.

9.

Ἐστὶν ὅν ἐκ τῶν ἀποδείξεων ἀναγκαστικῶς πρὸς τὸ ὄν.

10.

Alterum pluribus in locis τὸ ὄν πρὸς τὸ ὄν noster Ari-  
stoteles, approbat, urget & defendit.

11.

Scilicet τὸ μὴ ὄν ἔστιν ἄντικθον i. e. ὅτι τὸ ὄν  
ἔστιν ἄντικθον τῷ μὴ ὄν. repugnare sene videtur sa-  
cris literis. Sed R. aliud esse τὸ ὄν creationem: aliud  
ἄλλο.

γίνονται. Non dicimus ἐκ μηδενός ὅτι ἔστι ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκ  
ἐκ μὲν ὅτι ἔστι γίνονται.

12.

Seu ut ibidem idem se explicat : ἀδυνάτων δυνάτων.

Forma cujusq; rei ante ortum nec actu existunt :  
sic enim nihil denno gigneretur : nec prorsus non exi-  
sunt ; aliàs aliquid natura è nihilo efficeret ; sed est po-  
testate in materia, & Naturalium causarum efficacita-  
te, de cujus potentia & q; de gremio excitatur & ad a-  
ctum perfectionemq; perducitur. Id quod primò & per  
se generatur & corrumpitur, est compositū ita, ut actio  
non terminetur primò, nisi in compositū. Fit enim non  
homo ex non forma vel materia. 1. Phys. & 7. Met. For-  
ma igitur non producitur per se : sed comproducitur ad  
productionem compositi i. e. actio in ipsum compositum  
primò terminatur ac consequenter & quasi per accidens  
in formam. Unde forma non fit : sed composita fiunt non  
ex nihilo : sed ex materia. Formæ autem consequentes  
sunt & comproducentur.

Forma etiam, que creatur, non est ejusdem ordi-  
nis cum materia ; in qua recipitur : ut patet in anima  
rationali : Forma autem, que per generationē educitur,  
ejusdem generis & ordinis est cum sua materia. Non au-  
tem dicitur forma in materiam induci : sed dicitur edu-  
ci è materia, ut intelligatur, quòd forma producatur co-  
herens materia primò immersa materie ; per transmuta-  
tionem ejus inseparabilis ab ea in fieri, esse & operari.  
Hinc quoq; per contrarias affectiones & mutationes ma-  
terie, non tantum separatur forma à materia : ut fit in  
anima rationali : sed penitus etià interit, ut fit in omni-  
bus aliis formis Physicis. Nec tamen harum naturalis in-  
teritus annihilatio est : sed per eandem vim ac dispositio-  
nem materie, quibus una forma debetur, continuò ex  
materia excitatur altera inherens in eadem materia. I-  
teq; corruptionē naturalem semper immediate sequitur  
generatio. Annihilationem autem alterius productio non  
necessariò consequitur.

C 2

Pro

13.

Pro cuius sententia manifestiore explicatione  
verule principales videntur declarande.

14.

In primis autem τὸ ἐν considerationem sui requirit  
attentioem, quatenus h.l. non verum ac realem: sed  
progressum refert dianoeticam.

15.

Per τὸ μὴ ὄν non est, quod quis subjectum aliquod  
positivum intelligat.

16.

Τὸ γὰρ εἶδεν εἰδένος ἐστὶν ὑποκειμένον.

17.

Sed per istud ὅτι ὑποκειμένους λογισμὸς ἀφαιρέσι-  
κός potius accipiatur, teste Simplicio in l. 8. Phys. T. 9.

18.

Verus igitur huius enunciati sensus is est, quem  
l. 1. Phys. & 7. Metaph. Arist. habet; ἐκ μὴ ὄντος ἰ. e.  
ἐκ εἰδένος ὑποκειμένου πρὸς τὰ ἀδύνατα γινόμενα  
n: sed omne quod fiat, ex aliquo & aliquid fieri.

19.

Ex quo ipso alterum dependet Philosophorum  
statutum.

20.

Quod est τὸ ὄν ἔκαστ' ἐφ' ἑαυτῷ εἰς μὴ ὄν. Ubi non  
negatur in sacris πινυλῆσι; sed ἢ φθεγὰ φουκῆ.

21.

Utrumq. eleganter Persius perstrinxit:

Gigni

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

22. Thesis, J. C. Scaliger.

Lib. 3. de caus. Lat. ling. c. 66. Dubitare possit  
aliquis sic. Nomina, quæ notiones sunt figmentorum, non  
esse

esse dictiones. Rei enim nullius sunt notæ. Hoc sic est accipiendum. Hoc quod dicitur ENS aliquando verum esse, ut DEUS. Aliquando non verum: & hoc dupliciter. Aut enim est privatio; aut fictio. Privatio, ut vacuum: Fictio, ut Phœnix. Itaq; sanè horum nomina non significant eodem modo esse, quo modo DEUS DEUM; sed privationem per habitum sic. Quia plenum significat locum tactum ubiq; à corpore, ejus contrarium vacuum significabit: quod quanquam non est: Tamen per illud, quod est, intelligitur. Ficta autè facilius percipiuntur. Sunt enim quasi orationes falsæ. Idem enim est Phœnix & oratio hæc, Avis redi-  
 va, sui causa.

## THESES DE ALIQUO.

1.

UT ne omnino nihil proposuisse videamur, nobis aliquid de ALIQUO aliquatenus proponere jam satis duximus: aliquando, JEHOVA juvante, aliquantò gradiora in medium prolaturi.

2.

Neg. etiam ullius mentem ambigua vocule vi aut sufflamine suspensam reddere unice animati ALIQUID sic distinguimus.

3.

Siquidem primum perfectum duplex est: proprie seu verè, aut quod ajunt ἀπὸ τῆς, ut DEUS; aut in genere, ut circulus. Est enim suo tantum genus figurarum perfectissimum. Idcirco extra genus suum comparatus alteri, ingentur inferior. Scalig. de caus. L. L. l. 4. cap. 101.

4.

C 3

Idem

Idem de plant. l. 1. p. 151. Planta, inquit, au-  
tor, est res imperfecta, At o bone, imperfectus etiam  
hic, etiam cœlum si DEO comparatur. Contra verò se-  
clusa nostra collatione, species imperfecta nulla invenit-  
tur. Quidquid enim est, per suam Essentiam est. Essentia  
verò efficit, ut & Ens & unum & bonum sit & totum.  
Si enim non est totum, ne est quidem. Totum verò  
& perfectum idem. Est enim unum quodq; sibi  
totum & perfectum, cum eorum, qua habere debet; ni-  
hil ei desit: Itaq; ut nihil simpliciter est perfectum; nisi  
DEUS: ita nihil est, quin in suo genere sit perfectum.

5.

Aliud dicitur Negat, idq; vel  $\chi\lambda\iota\kappa\alpha\varsigma$ , vel per accidens.

6.

Atq; de hoc postremo  $\chi\lambda\iota\kappa\alpha\varsigma$  imperfecto Aliquo,  
missis ob ingenii infantiam intelligentiæ molestiam,  
DEO, qui omnia  $\epsilon\sigma\tau\iota\delta\iota\delta\eta\varsigma$ . Nam  $\epsilon\tau\circ\delta\lambda\alpha$ , &  $\tau\circ\tau\iota$   
 $\lambda\epsilon$  statuit perfectionem: generis utrisq; & anime. Quia  
 $\alpha\upsilon\lambda\alpha\iota$ : celestibus etiam corporibus, quod remotiora &  
 $\alpha\circ\epsilon\gamma\epsilon$ , nobis in presentia agere allubescit.

7.

Aliquid ergo communissima notionis descriptione  
Ens in rerum natura sublunare esse annotamus.

8.

Cujus Alicujus conditiones depromimus has: I.  
Ut sit substantia vel accidens.

In duo divisit quidquid in orbe fuit.

9.

II. Ut sit vel per se, vel à se, vel à se nunquam, in a-  
lio semper.

10.

III. Ut sublato illo, tollatur hoc, non contra.

11.

IV. Ut posterius magis, quam prius non aliquid  
videat



videri queat. Reliquas vero vel *διαιρέως* vel *χωρὶς διαιρέως* relinquimus & ejdem pure putè *μὴ ἢ ἰ. e.* Nihil oppositum esse protestamur.

Quæritur. I.

**A**N Logica an Metaphysica superior sit & excellentior & utra alterius ope indigeat? R. per distinctionem.

II.

An bono simpliciter opponatur malum, atq. ita, ubi bonum fuit, est, aut erit, illic etiam verè oppositionem ad malum esse? N.

III.

An DEUS & intelligentia equali gradu sint simplices, nec ne? N.

IV.

An DEUS habeat aliquod nomen essentialè i. e. quod ejus essentialiam aliquo modo declaret? R. Arnobius: Quidquid de DEO dixeris, quidquid tacita mentis cogitatione conceperis; in humanum transilit & corrumpitur sensum: nec habet propriè significationis notam, quod nostris verbis dicitur, atq. ad negotia humana compositis. Philo Judeus. ἡ παρρησία ἐστὶν, ἡ καταλαμβάνουσα τὸ θεῖον, τὸ δὲ χροῖσι τῶν ἀεζῶν ἄδῳ i. e. substantia est, quidquid de illo concipimus, & extra substantiam nihil. Vide Isidorum Episcopum Hispalensem l. 7. c. 1. in opere Etymologico.

V.

An omnia accidentia è substantia sint & proficiantur, nec ne? A. cum distinctione, alia mediatè, scilicet alia immediatè.

VI.

An in DEUM cadat accidens? N.

VII.

An bis tria sint sex? *Metaph. Quin-*  
*dic*

*bis tria non sunt sex. Sed semel sex sunt sex. Est verum formaliter, quia alia binarii, alia senarii forma est. Habet enim numerus speciem suam ab ultima unitate non absolute illa & in se accepta: sed pro ut ipsa finis est & terminus aggregationis unitatum precedentium omnium, ordinarum ad unam numeri formam; seu, ut Albertus explicat, illa unitas, primus est aggregationis ordinata terminus, in quo stat ipsa aggregatio; illa & finis & complementum est, ista scilicet numeri forma. In numero igitur ternario ultima unitas vel materialiter i. e. secundum se & absolute accipitur; & sic est pars materialis ternarii potestque insuper sic non huius saltem esse pars materialis: sed cuiusque alius numeri, scilicet quia hoc modo est in potentia ad recipiendum additionem cuiusque alterius numeri. Vel accipitur illa ultima unitas formaliter; quatenus est aggregationis finis, ultimamque unitatum precedentium ad ipsum ordinarum. Et sic ipsa & numeri ternarii forma. Neg. hoc modo est in potentia ad hoc, ut alterius unitatis additionem accipiat; nec etiam est alterius numeri pars, scilicet aliquivoca, vel non aliquivoca.*

*Responsio hæc est: aliud est loqui ἀπλῶς, ἢ ποικιλῶς; aliud ἁπλοῦς. Τῆς ἀπλῶς igitur ἡ ἀριθμητικὴ ὄντως verum est bis tria esse sex: quatenus illi non internam & formalem numeri cuiusque constitutionem addunt: sed potius τὴν τῶν μονάδων σύνθεσιν: idque est prima specie Additionis. Sed verè & formaliter hoc verum non est: sed per se & in se est ternarius: sic item semel sex in se & per se sunt sex.*

### VIII.

*Nihil est nihil, an affirmet, aut neget? R. quod affirmet. Equipollet enim huic. Quodlibet est aliquid. Ratio. Quia prima negatio habet post se aliam negationem & ideo equipollet suo contrario, scil. Quodlibet.*

libet. Secunda autem negatio habet ante se negationem, ideo equipollet suo contradictorio scilicet Aliquid, ex Canone: Si duo signa universalia ponuntur negantia in eadem enunciatione, ita ut Unum sit in subiecto, alterum in predicato; tunc primum equipollet suo contrario: alterum suo contradictorio. Resolvenda ergo est propositio, ut elucescat equipollentia. Perinde ergo est: Nihil est nihil, ac nullum Ens non est ens. Quae equipollet huic: Quodlibet Ens est aliquod Ens. Nam nullum non valet omne: sed nonnullum valet aliquid. Hinc liquet quod Negatio formaliter postposita potest vim suam anteferre & sic negare ante se. Illa negatio Nihil posita in predicato vim suam exerit ante copulam: sic nihil est nihil, resolvitur in nihil, Omne non est aliquid; seu Quodlibet est aliquid. Videtur quidem in enunciatione hac idem esse predicatum & subiectum, sed tamen significatus modo ac ratione non est idem; sic consul est consul, enunciatio vera est, licet identica voce; non tamen significatione. Quia predicatum resolvitur, Consul est consuli. e. prudens & Reipublicae proficiuus.

## Q. I.

**A**N potuerit quidquam melius à natura fieri, quam factum sit? Nemo sanus hoc dixerit. DEUS enim cum omnia conderet atq. ordinaret, nihil plus ex se quaesivi, quam quantum voluit. Voluit autem optimum. Classes igitur & gradus & constituit & attribuit suum cuiq. Quod verò præter hac est, monstrum est. Quid enim esset arbor, si loqueretur? Scalig. de plant. ad Arist.

## II.

An sublatis omnium hominum individuis, hominis remaneat species? N.

C S

An

*An sublatis omnibus animalibus vera sit hæc? Homo est animal. Vera. Non enim existentia facit definitionem: sed essentia. Non potest autem fieri, ut homo non sit animal. Humanitas enim est, ex animalitate & rationalitate id, quod est. Essentiam verò aliud esse & aliud existentiam, solis claris ac divinis ingeniiis compertum est.*

ΚΑΛΛΙΔΟΓΓΙΑ ΣΕΥ  
PULCRI CONTEMPLA-  
TIO METAPHYSICA  
publicè

olim Anno c. l. o. l. o. c. l.

à M. VOGELIO Lipsiæ proposita.

Thefis 1.

**P**ulchris ingeniiis rerum pulcerrimarum admirandas indagare & contemplare naturas pulcerrimum est; Arist. l. 1. Met. Maj. c. 1. & 2. id verò, sine accurata ipsius pulcri cognitione, neminè præstare feliciter unquàm posse, in Platonis Hippiæ Majoris Socratem citamus testimonium ἀπόλωσ καὶ ἀδόλωσ ἀξιοπιστοὶ καὶ τοὶ πῶς οὐ εἶση φασὶν, ἢ λόγῳ ὅστις καλῶς κατεσῆσαστο, ἢ μὴ, ἢ ἀδύνασ ἀξὺ ἀτιδέν, ἢ καλῶν ἀγροῶν, h. e. qua enim, inquit, ratione tu intellexeris, quæ oratio pulcrè composita sit, quæ non, aut aliam quamlibet actionem pulcræ esse vel turpem, dum quid ipsum pulcrum sit, ignoras?

2.

Quantis verò Philosophica ejusmodi pulcri inquisitio difficultatibus undig, circumsepta sit, & intricata, vel me tacente, omnibus candidis rerum æstimatoribus quam notissimum est, καὶ πῆ ξυναλλοθιούση τῶν φιλοσοφῶνται ἰσοψηφία probatissimum.

Quin.

3.

Quin id ipsum ad oculum velut manifestissime deprehendit, qui vel in transcurso propero, per divina (ut venerabile Antiquorum retineam Epitheton) Platonis opera, d. Hippiam Major. evolverit, in quo sane post satis longam & acutam cum Sophista Hippia, περί τῆς καλῆς ζωῆς, libero & ingenuo animo Socrates hac ipsum Dialogum finali clausula concludere non dubitat: ἔγωγε ἔν μοι ἔοχῶ, ὡς ἰππία, ὁ φιλιππῶδ' ἀπὸ τῆς ἀμφοτέρων ἡμῶν ομιλίας: τὴν γὰρ παρομιλίαν, ὅτι ποτὶ λέγῃ, τὰ χαλεπὰ τὰ καλὰ, δοκῶ μοι εἰδέναι, Plat. fol. 105.

4.

Quippe notum est vulgare illud, & ubiq. communi in hominum consortio, quàm tritissimum adagiū: εὐπολὸν τὰ καλὰ: A generali quidem sua intentione, quàm plurimis in locis Plato imprimis innuit, ad specialia quoq. deinde traductum significata; Plat. in Hipp. Maj. in Cratylo: lib. 2. polit. cap. 4. item lib. 6. pol. & lib. 7. id quod binde inde videre licet; Plutarch. de Liber. educatione, neq. etiam ex Solonis illa, ad Pittacū semet imperio abdicantem, & χαλεπὸν ἰσθλὸν ἔμμενον proclamantem, responsione, quā eundem χαλεπὰ τὰ καλὰ εἶναι commonuisse legitur, obscurum cuiquam relinquatur.

5.

Quid igitur? animum despondentes pulcri considerationem minimè curabimus, ejusq. contemplationem planè relinquemus, ut puta cum difficilem adeò in sui inquisitione sultum nobis obvertat? Minimè verò, quin potius secundum Homericum illud: Iliad. 2. Odiss. 7. Καὶ μάλα τ' εὐροῦσι περὶ ἀνὰ γαλήνῃ γ' ἐπέεσσιν Ἄλλ' ἔτι μὲν γὰρ καὶ ὡς κακάτερον πάροντες μοι δεῖ.

6.

Quod si enim ob sui difficultatem isthac σκίψις praetermittenda censebitur: totius sanè Philosophia, ut pulcherrima; Ita difficultatibus quàm plurimis gravissimè studi-

studium concludi poterit omittendum, quin imò omnes  
 Artes & virtutes homini minus fuerint curando, Verif.  
 simè enim Aristoteles noster;  $\alpha\epsilon\lambda\ \delta\epsilon\ \chi\alpha\lambda\alpha\iota\omega\tau\epsilon\rho\alpha\ \alpha\iota\varsigma\ \eta\gamma\ \tau\acute{\iota}\chi\eta\upsilon\ \gamma\acute{\iota}\nu\alpha\tau\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\epsilon\tau\eta$ : circa difficilius semper & ars  
 & virtus versatur, Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 2. Absit  
 igitur istud, cum mera exinde sequatur ἀδιανοσία, qua  
 vere secundum Platonem  $\epsilon\zeta\iota\ \iota\sigma\tau\iota$ , καὶ ἦ, ὁ ἕχων, μισὸς  
 λογος ἴσσι; quod ipsum modernis philosophiæ adversari-  
 riis deglutendum propino.

7.

Antequam autem rem ipsam aggrediar; salu-  
 berrimum illud Platonis & Aristotelis hinc inde præcep-  
 tum juxta atq. exemplum insecutus,  $\kappa\epsilon\omega\tau\alpha\ \tau\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \Theta\omega\mu\eta\varsigma$   
 $\eta\gamma\ \epsilon\tau\eta\mu\alpha\iota\epsilon\ \mu\epsilon\lambda\ \sigma\upsilon\ \epsilon\zeta\iota\ \alpha\zeta\eta$  annitar; pulcrum igitur vel à  
 polleo aut potius polio dictum, purè est latinum, atq. ob  
 id aspirationem nullam agnoscit; vel Græcam sui habet  
 originem, & cum aspiratione pulcher, quasi  $\pi\alpha\lambda\omicron\chi\epsilon\delta\epsilon$   
 dicitur, quippè cum non insolens ejusdem vocis usus præ-  
 forti invenitur, qualis apud Virgil. l. 7. Æn. pulcher  
 Aventinus, & Hercules pulcher, &c. agnominatur.

8.

Mater linguarum sanctissima vocat.  $\eta\gamma\iota\ \alpha\rho\alpha\delta$ .  
 $\eta\gamma\iota$  in qua cabalystico Rabinorum mysterio  $\eta\gamma\iota\ \eta\gamma\iota$   
 $\eta\gamma\iota$  (Reuchlin. Abenarius, Rabi Salomon. &c.) Hoc  
 est, Jehova mirabilis decor & gloria contineri videtur,  
 & quæ cum, Latina vox Pavo, nostræq. lingua Pfawl  
 non inconcinnè convenit: hæc ipsa verò, mira certè col-  
 latione, græcis  $\rho\alpha\pi\iota\varsigma$  dicitur à  $\tau\epsilon\omega$  quod est rapio; quip-  
 pè pulcrum, à quo in præmissis linguis eadem avis nomi-  
 nabatur,  $\Theta\iota\alpha\tau\omicron\upsilon\ \iota\sigma\iota$ , Italiq. virtute quasi rapit & capit  
 cognoscentes.

9.

Græcorum enim  $\tau\omicron\ \alpha\epsilon\lambda\omega\upsilon$  secundum aptissimam  
 Procli sententiam; in lib. de anima & demone, vel est  
 ἀπὸ

ἀπό τῆ ἀληθείας, quia, inquit, demulcet intuentes; vel πο-  
τιῦς ἀπό τῆ καλῆς, ὅτι φιλητὸν μὲν πάντας ἐφ' ἑαυτὸ καλεῖ,  
id est, quia amabile est, & omnes ad se provocat atque  
allicit: in quo ipso generalis quaedam ejusdem descriptio  
continetur ac proponitur. Piccolomin. gr. 8. c. 35.

10.

His ita premisis de pulcri nunc discrimine ac di-  
visione monendum videmus; quā ipsa nudē propo-  
sita brevibus unumquodq; deinde pulchrum, philosophicē  
contemplari & considerare pro virili annitemur.

11.

Est igitur duplex τὸ καλόν, ἢ ἀσώματον ἢ σώμα-  
τικόν, hoc est, vel incorporeum vel corporeum. Male  
enim quidam Aristotelis nostri de pulcro dicunt eam esse  
sententiam, quā secutus, ( ut cum ipsis loquer ) popula-  
rem & communem loquendi modum, pulcritudinem in-  
corporibus & compositis consideraverit, in simplici exi-  
stere negaverit; cum alia potius, huic nostrae vicinissima  
ex eodem hinc inde colligi possit opinio. Proc. l. de ani-  
ma & demon. Plotinus lib. de pulcritud. & in eundem  
comment. Marsilius Ficinus. Piccolomin. Eth. grad. 8.  
cap. 36. & 39.

12.

Etenim clarissime illic loquitur, ubi dicit: ἐκάλ-  
ληται τῶν γεωμετρικῶν ἢ ἀσώματων ἢ ἐναντίως ἔχουσα τῇ περιφί-  
ρεια, ὅσα ἢ τὰ ἰδία γένηται αὐτῶν ὑπερῆς ἀλλ' ἢ κοινῆς πρὸς  
pulcritudo igitur inesse quidem & attribui Lineae recta  
potest, at non quatenus est Linea, neq; etiam quatenus  
quantitas; sed quatenus est ens, quod primi philosophi  
subjectum est, transcendens fines Geometrie, uti clarif-  
simi quique ejusdem Libri illustratores annotarunt. D.  
Thomas in comment.

13.

Quin etiam in libro ad Alexand. de mundo, quem  
Aristotelis esse inter alios ( ut Suárez ait ) multos viros  
bonos;

bonos, Justinus Martyr, Verè μαρτυρὸ ἀξίους. Et  
statuatur, memorabilis hæc de DEO pulcherrimo senten-  
tia reperitur obvia: Ταῦτα κεν καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ  
Ἰωάννης δυνάμει καὶ ἰσχυροῦς, καὶ ἐκ τῆς  
ἐκείνου, καὶ ἐκ τῆς ἀθανάτου, ἀγνῆς καὶ κατὰ  
Mund. cap. 6.

14.

Satis benè profectò hæc dicta, uti & multa in  
eodem libro alia, propter quæ ipsa, quidam inprimis  
( multos enim alios excipio ) Aristotelimasthyges eundem  
eī potius detrabere conantur, quàm attributum relin-  
quere: Certè δὲ τῆς ἐκείνου ἐκείνου σοφίας, qui-  
bus etiam Philosophus quæsi accrescens, multa adhuc in  
posterioribus diviniora à naturali mentis lumine attingere  
potuit & conscribere. Franciscus Patritius in dis-  
curs. Peripat.

15.

Hæc de Aristotele: aliorum hæc de re Philosopho-  
rum sententiæ satis sunt obvia & manifesta, quibus om-  
nes in id conspirare videntur, ut pulcritudinem non  
corporeis tantùm, sed & in corporeis rebus certè attri-  
buere ratione intelligantur; è quorum numero Plato-  
nem nominamus, cum quibusq̄ suis affectis Alcimoo,  
Marfilio, Ficino, Plotino, Proclo; quibus accedunt  
Diogenes Cynicus, Plutarchus: Cyrillus, item & Au-  
gustinus, &c. Plato in Hipp. in Symposio. Luc. Symp.  
in Phædro. & alib. item in eundem Marfil. Ficinus. Al-  
cinous in Philosophia. Platonic. Plotin. libr. de pul-  
critud. item de intellect. pulcr. & in utrumq̄. commen-  
Marfil. Ficinus. Diogenes citant. in fl. Melissa. Plutar.  
in Symposio item de Com. præcept. Cyrillus lib. 5. in cap.  
53. Esa. August. lib. de vera relig. c. 40. Francisc. Picol-  
min. Ethic. gr. i. cap. 5.

16.

Atq̄ hætenus quidem de prima pulcri divisione:  
utrum-



utrumq; verò & corporeum & incorporeum duplici rursus discrimine secernimus; τὸ μὲν γὰρ καλὸν τὸ αἰσώματον ἢ αἰκισίον ἐστὶν αὐτὸ τὸ καλὸν, ἢ κλισίον τὸ μετέχον & ἐκείνη & καλῆ, hoc est, pulcrum incorporeum vel increatum est ipsum pulcrum; vel creatum, ab illo productum ejusdemq; particeps.

17.

Primum igitur τὸ αὐτὸ τὸ καλὸν meritò consideramus; cujus naturam sanè ita reconditam & a nostro intellectu abstrusam meritò fatemur, ut ad eandem animum nostrum, perinde hebescere & caligare rectè exclaimemus, ὡς περὶ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φῶς ἐγγὺς τὸ μέσημεριον; quam certè ἰσομαλόγησαν ἄλλως ἀνέδεικνυται, non Philosophorum tantum, sed ipsorum quoq; Theologorum consensu statuimus. Arist. l. i. Met. Maj. c. i.

18.

Pulcrum enim hoc rectè à priori, in hoc vita cōcere à nemine nostrum perspicere & cognosci potest: sed (cujus typum quendam in Mose τῷ Ἱερωτάτῳ videmus) per posteriora tantum nobis, hac corporis mole aggravatis, attingitur atq; apprehenditur.

19.

Et quidem μεθόδῳ ὡς ἀναλυτικῆ, quam Diotima illa Platonica γυνὴ ἢ μαθητὴς, &c. Socrati suo, licet ipsius Oraculi testimonio omnium in Græcia σοφώτατος, hac tamen in parte discipulo, sapientissimā certè ratione ita demonstravit, ut tribus veluti processibus, rem ipsam attingi posse convenientissimè docuerit. Plato in Symp.

20.

Omnino scilicet per sensus initium debere fieri meritò statuit, utpote cum etiam è vulgari dicto: Nichil in intellectu sit, quod prius non in sensu: quin eodem respectu Philosophus quoque, noster, sensus

sensus ad acquirendam cognitionem maxime facientes,  
visum singulatim se legit, atq. auditum. Arist. l. 1. Met.  
6. 1. item l. de sen & sensil. c. 1.

21.

Primum igitur omnium in Platone Diotima, in  
Sympos. & Mars. Ficinus ad idem, δέος ἰ Φη, τον οὐδὲν  
ἰούλα ἰπὶ τῆτο σῶμα, ἄρεδξ μὲν νέον οὐλο ἰεναι ἰπὶ τὰ  
αυτὰ σώματα, vult, inquam, eum qui summi pulcri  
cognitionem & amorem acquirere sibi intendit, statim  
corpora pulcra saepe contemplari: Neq. tamen unius a-  
matorem fieri, ἀλλὰ τῆτο εὐνοήσαντο, καὶ ἰεναι πᾶσι  
τῶν καλῶν σώματων ἰεσῆν, id est, sic advertentem o-  
mnium juxta pulcrorum corporum amatorem fieri.

22.

Hac enim ratione amatoriam erga unicum mo-  
dò corpus vehementiam facile aliquis rectè sentiens re-  
mittere, & ut inibi eadem loquitur, ἰνας τὸ καλὸν  
σμικρὸν ἰγνήσωδξ, id est, parvipendere inceperit. Plat.  
in Symp.

23.

Atque hic quidem primus est processus; quem  
alter insequitur, ad animi pulcritudinē in rebus crea-  
tis considerandam directus, de qua praeclare eadem Dio-  
tima; μὲν τὰ αὐτὰ τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς καλὸν πμῶτερον  
ἰγνήσωδξ, τῆ ἐν τῶ σώματι; ὡσε καὶ ἂν ἰπὶ φηξ, ἂν τῶ  
ψυχῆν πς, καὶ ἰαν σμικρὸν ἰνδξ ἰην ἰεσῆν εὐτὸ καὶ  
ἰεσῆν. Plat in Sympos. & Mars. Ficinus in eod. Plotin. de  
pulcritud. & l. de intel. pulcrit. utring. Mars. Ficin.

24.

Hanc igitur animi pulcritudinem distinctis ibi-  
dem modis inquirere & contemplari jubemur, videlicet  
ἐν τῶ ταῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς ἰπὶ τῶ σώματι καὶ νόμοις;  
μὲν τὰ αὐτὰ δὲ ἰπὶ τῶ ἰπὶ τῶ σώματος ἰγνήσωδξ.

25.

Qua ipsa etiam processus vice ita expedita, ἰπὶ  
το

τὸ πολὺ πέλας, i. e. in profundum pulcritudinis pe-  
lagus immergere sese τὸ φιλεκαλον jubet Diotima, ubi  
confirmationem suam, ipsius confortationem indies ma-  
jorem capiat & acquirat, εἰς αὐτὴν ( Verba enim ipsa ele-  
gantissima sunt ) εὐταῦθα ῥα εἰς ἡμῶν ἀξίους κατὰ ἰδίαν  
ἢ ἐπισήμην μίαν τοιαύτην ἔστι καλὴ τῶδε, id est, do-  
nec tandem corroboratus ita, probeq; instructus, illam  
jam unam, ipsius pulcri scientiam intueatur. Plat. in  
Symp. & in Pbædr. & in Phædon. & c. Plotin. lib. 5. u-  
troq; de pulc. & Mars. Ficin. in utrumq; comment.

26.

Hæc igitur illa est in Platone à posteriori cogno-  
scendi, τὸ αὐτὸ τὸ καλον, via ac ratio, quam eandem  
quoq; Platonicus Plotinus, & cum hoc Alcinous, Mars.  
Ficinus & Proclus confirmant; D. Thomas l. 1. contra  
Gent. c. 13. ex Damasceno lib. 1. de fide cap. 3. quin et-  
jam, ut de sacris hic nihil attingam, D. Thomas, Da-  
mascenus, Gregorius, & c. idem sanè unonobis quasi ore  
inculcant. Greg. l. 26. Moral. c. 8. & l. 27. Moral. c. 2.  
Augustinus l. 11. de civit. c. 4. Nazianz. Orat. 2. de Theo-  
log. ubi exemplo citharæ utitur. Item Arist. lib. 12. Me-  
taph. cap. 2. & c. 10. & l. 1. Metaph. c. 3. & 4. lib. de  
Mund. passim.

27.

Huc enim, secundum Plotinum, ille potissimum  
tendit, qui vero pulcritudinis amore trahitur, verusq;  
est Philosophus, ut sanè non secus ac amator intensissi-  
mus, circa pulcrum vel vehementissimo partus cujusdam  
labore vexetur; neq; tamen in corporeo acquiescit: sed  
ab hoc ad animi pulcritudinem, atq; inde rursus ad cau-  
sam ascendit eorum, quæ in anima sunt, pulcrorum;  
donec tandem ad primum usque perveniat, quod à seipso  
est, pulcrorum omnium pulcerrimum.

28.

Inventum igitur atq; ita rationaliter per rerum  
D crea-

creatarum pulcritudinem cognitum pulcrum, & το (inquit in Platone Diotima) ἵκεῖνο ἔδῃ ἐνεκα καὶ οἱ εὐπερὶ οὐδ' ἐν πᾶσι πᾶσι ἦσαν, h. e. illud ipsum est pulcrum, cuius sanè gratia, verus Philosophus, alios omnes in considerandis nimirum pulcris aliis, laboras antea suscepit.

29.

Neque verò videri hic volumus, quasi ceco adhuc quodam errore, Ideas illas monstroso nomine confictas, communes scilicet quasdam ἔ separatas individuarum formas seu species ad has, veluti ad effigiem productorum, statueri aut stabilire modò ceptemus. Eas enim firmisimam ab Aristotele φιλομαθείας nomine ἔ officio argumentis expurgatas, ἔ refutatas unice tenemus. Arist. i. 1. Ethic. Nicom. c. 6. item l. 13. Met. c. 4. ἔ alib.

30.

Simpliciter autem nihil aliud, per τὸ αὐτὸ καλὸν, Metaphysicum dictum ἔ intellectum volumus, quam Deum ipsum, qui ex Iamblichō est, τὸ πρῶτον εἶ, ὁ ἕς ἐν πᾶσι καὶ ψυχῇ ἐν καὶ πᾶσι, omnis unitas, bonitatis ἔ pulcritudinis fons simplicissimus ἔ auctor autorq; immutabilis.

31.

Aeternum hoc pulcrum rectè Platoni describitur; πρῶτον μὲν ἐστὶ ὄν, καὶ ἔτε γινώσκοντι ἀποδιῶρον, ἔτε εὐζωόντων, ἔτε φείον, τὸ ἀπλήρως καὶ τε ἀληθῶς τὸ καλὸν, καὶ κατὰ αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ μονοφῶδες καὶ ὄν, εἰληγεῖς, καὶ ἕαρον, ἀμείλιον, καὶ τὸ θεῖον, τὰ εἰ ἀλλὰ πᾶσι, καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ μετέχοντι τρόπον πᾶσι τοῖσιν, οἷον γινώσκοντων τῶν ἀλλῶν καὶ ἀποδιῶρον μεθ' ἑαυτῶν καὶ πᾶσι καὶ τῶν ἐλαττω γίνεσθαι, μεθ' ἑαυτῶν καὶ μεθ' ἑαυτῶν. Plato in confid. Plat. l. de intell. pul. ἔ in eum comment. Mars. Ficini.

32.

Lumine igitur solius intellectus; ἔ eo quidem, ἢ λογικῶν, i. e. rationali simpliciter in omnibus; ἢ θεολογικῶν, hoc est, divino, in renatis spiritali fotu accenso, τὸ αὐτὸ τὸ καλὸν, comprehendi potest ἔ videri.

Quod

33.

Quod sanè spectaculum adeò jocundum est, ut  
Verissimè Diotimam dixisse censeamus, ἐὰν ποταίνῃ, ἔ  
κατὰ ῥουρίον τε καὶ ἰδῆται καὶ τὰς καλὰς παίδας τε καὶ  
νεανίσκους δεῖξαι σοὶ εἶναι, &c. quin imò admiratione ju-  
cta & voluptate plenus, salutariq; ut Plotinus loquitur,  
stupore quodam impulsus, solius hujus aspectu utaris &  
fruaris, & quaecumq; pulchra antea videbantur, penitus  
rejecias & contemnas, ποφιλῆς ὑπάρχω καὶ τὸ ἀδύνα-  
τον. Plat. in Symp. Plotin. l. de pulc. utr. & Marsi. Fic-  
cin. in utroque.

34.

Neq; verò quilibet in pulchri hujus cognitionē devenire  
potest: neq; quovis motu & habitu: sed quemadmodū So-  
crates apud Platonem ad Agathonem animi virtute or-  
natissimum, non nisi bene etiam ornatus accedere vole-  
bat; ita quoq; ὁ καλὸς πῦρὰ τὸ αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδέσθαι  
ταί μένει, i. e. solus etiam pulcher, ad ipsum pulchrum ap-  
propinquare potest. Plat. in Symp.

35.

Ut ergo ipsum pulchrum est spirituale, & secundum  
Platonem in defin. vīs καὶ εἶσα ἀίδι. τῆς ἀγασθῆς φύσεως  
αἰρία: sic quicumq; ad idem contendit, pulcher necesse est,  
ut sit, non tam corporaliter, quàm spiritualiter, & sa-  
cundum animum, de cujus nunc pulchritudine agemus.

36.

Alterum igitur incorporeum: sed creatū tamen, & à  
primo τὸ αὐτὸ τὸ καλὸν promanans pulchrū, spirituales  
substantias, à Deo creatas, respicit, & sui in considera-  
tione includit.

37.

Idq; definiti ex Platone sic posse videtur; τὸ καλὸν ἐστὶ  
ἢ καὶ εἶσθαι πνευματικὴν τελειότητα τῆς θεῆς διαγωγῆς  
καὶ τὸ μὲν τὸ καλὸν ἢ τοιαύτη. Plat.  
in Symp. & Phædon. Marsi. Ficinus in comment.

38.

D z

E 18

Est autem creatum hoc pulcrum vicissim duplex;  
aliud integrum & perfectum; aliud violatum ac vicissim  
incoatum: Integrum ac perfectum illud dico, quod ut  
divini pulcri radium semel sibi infusum concepit; ita  
quod sine labe in se eundem immotum & integrum reti-  
net, estq; tale pulcrum Angelorum πνεύματων τῶν ἀφθάρ-  
των. D. Paulus ad Hebræos c. i.

39.

Violatum verò pulcrum anime humanae agnō-  
scunt, quod videlicet corruptum per peccatum in homi-  
ne ita fuit, ut exiguas tantum lucis sue scintillulas re-  
liquerit, quæ deinceps excitate, vicissim pulcri reform-  
ationem, non absolute quidem perfectam: sed aliquan-  
tum tamen in hominis anima restituumt.

40.

Summum igitur αὐτὸ τὸ καλὸν quicunq; attinge-  
re voluerit, de hujus in seipso pulcri & comparatione &  
cognitione inprimis laboret, sibiq; Apollineum illud: τὸ  
ἡρώδι σιανόν, habeat quam commendatissimum. Plu-  
tarch. & Erasmus in adag.

41.

De utroq; hoc munere, nempe pulcritudine ani-  
mi comparanda eademq; cognoscenda, dicendum vide-  
tur: cumq; in anima fieri utrumq; debeat, ὁ ἄλλος ὅτι δὲ  
αἰδέσθαι πᾶσι τὰ κατὰ φύσιν, id est, necesse sanè est aliquis  
de anima habere cognita. Arist. l. i. Eth. Nic. c. ult.

42.

Inprimis igitur illud ex Philosopho nostro in me-  
moriâ redoco, quod in Ethicis ad Nicom. proponit & in-  
culcat; τὸ μὴ ἀλόγως τῆς ψυχῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον,  
id est, partem anime aliam sine ratione esse, aliam verò  
rationem habere.

43.

Rursus verò, τῆ ἀλόγως τὸ μὴ εἶναι κοινὴ καὶ ψυ-  
χῆς, cuius sanè κοινὴ τις ἀρετὴ καὶ σὺν ἀνθρώποις φέρ-  
εται:

καὶ τὸ δὲ ἄλογον μὲν ἴσκει εἶναι, μετέχον μὲν τοῦ πῦ-  
λοῦς, ea nimirum ratione, quatenus ab eadem regi se-  
patitur, eiq; obedit & obtemperat. Ibid.

44.

Pulcritudo igitur animi in discrepantia & pugna  
consistere minime potest: sed solâ in concordia & aquis-  
sima ac justissima illa facultatum anima harmonia; ut  
vis anima appetitiva Rationi Recte sese subjiciat; ὡς πρὸς  
τὴν πάλαιος ἀπεστικὸν π. Proclus lib. de anima & dem.  
ibid.

45.

Inde enim per utriusq; proprias virtutes, ἠθικαὶ  
καὶ Διαιρητικαὶ, ibid. illa postea animi existit pulcritu-  
do, quâ praeclatus atq; ornatus homo, ἐπὶ τὸ πολὺ πέλτα-  
τος τέλει αὐτῶν τῶν καλῶν, καὶ θεωρῶν πολλὰς καὶ καλὰς  
λόγους, καὶ μεγαλοπρεπεῖς, τίμη καὶ Διαιρητικῶν ἐν φι-  
λοσοφίᾳ ἀφθόνη, ut praeclare Diotima Socratis loquitur,  
qui ipse inde edoctus, omnem monet virtutem, tam in-  
tellectualem, quàm moralem, pulcram esse animi purifi-  
cationem. Plato in Symp. Mars. Ficm. ibid.

46.

Hac igitur ratione, relatio & comparatio pulcro-  
rum, in respectu ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὸ καλὸν institui potest, quàm  
aptissime; ita ut unumquodq; quò pulcrius, hac in pri-  
mis parte fuerit, ipsi summo pulcro vicinius sit & me-  
lius; quò sani respiciens in Protagor. Socrates ait. Τὸ  
σοφώτατον πάντων οὐ φέρεται; ἐστὶ γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ  
σοφία, hoc est, Sapiencia res omnium pulcerrima, ut  
idem habet in symposio. Plut in Protag. & Phaedon. item  
in utriusq; comment. Mars. Ficinus.

43.

Quàm profecto mira & eximia pulcritudinis hu-  
jus sit excellentia, praeclare in epistolis Seneca, Epist. 116.  
attigisse videtur; si, inquit, Boni viri liceret animum  
inspicere, ὅ quàm pulcrā faciē, quàm sanctā, quàm  
magni-

D. 2

magnificè lucideq; fulgentem eam intueremur: quippe  
in quem lux prima, lumen infudit suum, insigniterq; ejus  
animam lucidissimis radiis illustravit.

48.

Verùm oculis corporis hæc animi pulcritudo com-  
prehendi minimè potest: quin potius ea, quæ in corpo-  
re oculis externis concipitur, licet splendidissima, hujus  
ratione non vera: sed fucata, & quædam adulterina ap-  
paret pulcritudo. Unica verò illa hoc, secundum Pro-  
clum, præilegium habet, ὅς ἐστι ἐκ τῶν ἐστὶν αὐτῶν τὸ καλ-  
λῶν ἢ ἐξ ἑσθμῶν. Ex Platon. in Phædr. Proc. l.  
de anima & demon.

49.

Sola itaq; mentis acies pulcritudinem illam attingere  
& assequi valet; præstantior utiq; rem præstantissimam  
& quavis massa materiata longè splendidiorem, idq;  
tum demum, ὅταν ἢ τῆς ἀγοίας ὅψις ἀρχεται ὁ  
ἔοικεν, ἢ δὲ τῶν ὀμμάτων τὰς ἀρχὴς ἀρχὴν ἐπιπέ-  
Plat. in sympo.

50.

Id enim maximè inter externa atq; interna pul-  
critudinis perceptionem, Plotinus advertit interesse,  
quod corporeum pulcrum percepturus, extra sese feratur.  
Incorporeum verò conspiciendus, necessario intra  
seipsum referatur ac retrahatur: rectè siquidem Philo-  
sophus; καὶ ἢ ἐστὶν εἰδῆται τὰν ἔδικαι, μὴ ὄντα εἰ-  
καυον, μηδὲ τῶν ἔμοικον μὴ ὄντα μοικον, ὁμοίως δὲ καὶ  
ἐπὶ τῶν ὄντων. Libr. 10. Ethic. Nicom. 10. Camera-  
ibidem.

51.

Nemo igitur perfectè pulcritudinem percipere  
potest internam, nisi eadem præditus, ad quam deinde  
introraptus, jocundissima sui ipsius pulcritudine mi-  
xum in modum delectatur, sincero τῆς φιλοκαίας affectu  
maximè nobilitatus. Plot. l. utroq; de pulc. & Marf. Fic.  
Dupli-



Duplicem enim ex Philosopho agnoscimus τὴν Φι-  
λοσοφίαν; alteram illam, qua homines τὰς ἐπιθυμίας, καὶ  
ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ ψυχῆς χαρίζονται. Et  
hac maxime viciosa est, planè reprehèditur, quippe cùm  
in terra animi sit deformitas, & fons, secundū Platonem,  
omniū malorū. Arist. l. 9. Eth. Nic. c. 8. & Pl. l. 5. leg.

Alteram verò φιλαυτίαν dicimus illam, qua quis  
praecipuam sui partem, mentem scilicet, maxime curat  
omnium, eamq; virtute & sapientia ornatam redditam;  
intrinsicè amat & admiratur; quam ipsum Delphi-  
cūm viciisim illud γῶδι σπαστοῦ respicere & maxime lau-  
dabilem esse arbitramur.

Atq; hac quidem de incorporeo creato, animoq;  
hominis infuso pulcro; quod ipsum tamen nunquam in  
hac vita absolute perfectum esse posse: Socrates enim Pla-  
tonicus vidisse, hisq; prodidisse legitur verbis: ἀνεγώρων  
σοφώτατον πρὸς θεὸν πιδηκὸς φανέντα καὶ σοφία καὶ κά-  
λῳ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι.

Corporeum nunc pulcrum aggredimur; quod in  
rebus heret corporeis & exempli inprimis analogici cau-  
sa hinc inde ab Aristotele nostro citatur atq; adducitur  
uberioris κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ὕλην, intellectus gratia.

Ejusdem idem μέγεθος τὰ εἶδη tria expresse assi-  
gnat, Arist. l. 13. Met. c. 3. nimirum. 1. Τάξιν, hoc est,  
ordinem: 2. συμμετρίαν i. e. concordantiam, ex Cicerone,  
vel commensuram ex Vitruvio, licet nomine carere apud  
Latinos Plinius opinetur. 3. Τοῦ ἀειρομένου i. e. definitam  
quantitatis molem & legitimam: Et tres quidem hasce  
species, καὶ λίσσεται μαθηματικῶς ἐπιστήμῳ δεικνυδῶν, ibi-  
dem attestatur, contrariumq; dicentibus notā & ψυδῶν  
expresse inurit.

57.

Scaliger eo in loco Philosophum docere ait, τὰ  
 ἄξια καὶ τὸ ἰσομετρικόν, duas esse maximas symmetrice  
 species, quod textui minùs conveniens videtur, quin imò  
 sensui Aristotelico potius repugnans. Scalig. exerc. 300.  
 S. 2.

58.

Etenim parvis pulcritudinem denegat, symme-  
 triam tamen apertis iisdem verbis concedit; in quâ si  
 jam maximè τὰ ἄξια καὶ τὸ ἰσομετρικόν adesset, parvi con-  
 tra Philosophum etiam forent pulcri, & contra omni-  
 um opinionem justam in se quantitatis molem haberent.  
 Arist. l. 4. Eth. Nic. c. 3.

59.

Porrò pulcritudinem corporis, ubi Philosophus  
 ὡς ἐὶ σὺν νείῳ cum sanitate ejusdem ac Robore conside-  
 rat, sic inquit: Ὁ δὲ καὶ τὸ τῶν μελῶν τὸ σὺν νείῳ δο-  
 ξεῖται, sed secundum Scaligeri judicium, crassiusculè.  
 Arist. l. 3. Topic. c. 1.

60.

Verùm rem ipsam pro loci illius & doctrine ra-  
 tione si exactè expendamus, satis eruditè Philosophus  
 inibi loquitur; & quidem causaliter, utputa quia ejus-  
 modi membrorum concordantia & convenientia ὡς συνεί-  
 κη non solum, & unicum, pulcritudinem  
 concitat; quo etiam respectu eam ipsam, non secus ac a-  
 lias corporis virtutes εἴηαι ἐὶ τὸ πρὸς τὸ πᾶν ἐξῆν, alibi  
 Aristoteles asserit. Arist. l. 7. Phys. c. 3.

61.

Ita igitur pulcritudo rectè quidem symmetrica di-  
 citur, recto modo in sensu accipiatur, causali nimirum,  
 non formali & proprio, in quo sanè pulcritudo minimè  
 symmetrica dici potest, cum potius qualitas sit ex apto  
 partium ordine, qualitatum temperatura, quantita-  
 tisq; modo convenienti dependens, unde tamen non re-  
 ipsa

ipsa, sed ratione tantum, veluti idem ἡ ἀλλοτρία, à proprio & primo suo subjecto, secerni potest & distinguui.

62.

Id quod & ratione satis evidenti & analogia quadam Aristotelica ostendi non incommode potest: quippe ipsam pulcritudinem sensibilem esse in confesso habetur apud omnes; sensu autem symmetriam percipi nemo facile asserere valebit, cum id superioris ἐνάγκης καὶ διαφοράς sit officium; ex quo certè consequitur pulcritudinem corporis sensu perceptibilem, haud posse esse ipsam symmetriam. Arist. l. 2. de anima c. 2.

63.

Ut igitur illa corporis virtus, quam cum hac non semel Philosophus συνημιώνος considerat, sanitas nimirum, quaedam corporis per & propter justum & naturam conveniens temperamentum, est perfectio (virtus enim id, in quo est, perficit): sic quoque pulcritudo, quaedam ejusdem corporis, per & propter aptum ordinem, convenientem quantitatem, justamque symmetriam, perfectiva qualitas merito existimatur.

64.

His ita perspectis ex mente Philosophi, & quae cum eadem convenit, rei ipsa veritate, sic definimus corporis pulcritudinem: καλλοσύνη ἐστὶν ἡ πρὸς ἑαυτὴν ἔσῳ καὶ τελευτῇ τὰς ἀλλοτρίους καὶ συμμετρίαν καὶ τὴν εὐμετρίαν. Arist. l. 13. Met. c. 1.

65.

Est autem corporis pulcritudo, alia absolutè, & omnibus modis perfecta, alia verò imperfecta, & secundum quid; cujus mensura quasi & iudex atque index, ipsa est perfecta; Rectum enim obliquum etiam suum indicat, & in imperfecto defectum ostendit perfectum.

66.

Quemadmodum primariam potius, & omnibus modis perfectam Philosophus demonstrationem, imper-

felice deinceps facile indicatricem, definire voluit: ita quoque allatam istam corporei pulcri definitionem, per se etiam imprimis respicere, protestamur. Arist. l. 1. poster. an. c. 2. Zabarell.

67.

Utrumque autem vicissim dupliciter ponimus distinctum, τὸ ἄψυχον: τὸ δὲ ἀψυχον, h. e. aliud animatum, aliud inanimatum, quod ipsum rursus, vel est φυσικόν, Naturale, vel τεχνικόν, artificiale. μὴ μὲν γὰρ τὸ ἄψυχον. Arist. l. 2. Phys. c. 1. § 7.

68.

Perceptio horum pulcrorum propriissime sic distinctorum, per pulcherrimum anime sensum administratur, qui est ἡ δόξα: quibus accedunt analogice sic appellata pulcra, quae ipsa per alterum, ut dignitate ita explicatione, apud Philosophum proximum sensum, qui est ἡ ἀκοή, auditus, percipiuntur.

69.

Visu igitur pulcrum corpus percipitur aut alienum, sive animatum illud sit, sive inanimatum, & hoc iterum seu naturale seu artificiosum; aut nostrum ipsorum, quod utrumque per speculum: distinctio tamen modo & diverso fieri dicimus.

70.

Speculum enim illud duplex est, τὸ ἄψυχον: τὸ δὲ ἄψυχον, h. e. Naturale, ab ipsa natura compositum & constitutum; atque artificiosum, ad naturae imitationem arte fabricatum & elaboratum, & hoc quidem inanimatum prorsus, illud vero vel animatum vel inanimatum.

71.

Inanimatum speculum natura nobis in gemmis quibusdam, in aqua inanimabili & placida aliisque similiter ostendit: (Virg. Eclog. 2. Nuper me in littore vidi.) Animatum, quod imprimis hoc loco respicimus, est in animato corpore oculus, in quo parti pellucenti nigrorem quon-

quendam à natura subiectum deprehendimus, è quo iis  
qui pupillam inspiciunt, ad sese resilere velut faciem a-  
nimadvertunt: Et huc illud pertinet, quòd vulgò non  
ineptè dici solet, ut speculum oculus est artis: ita ocu-  
lum esse naturæ speculum. Alhaz. 35. n. 1. Vitellio 3. § 4.  
P. 3. perspect. comment. 29. p. 1.

72.

Artificiosum autem speculum arte ad solertem na-  
turæ imitationem ex Chalybe vel Vitro, argento aut  
plumbo obductis fieri consuevit, in quo ipso: ope tamen  
speculi naturalis, non tam aliorum, quam nostram ipso-  
rum faciem instueri visus, contingere possumus, & eà  
quidem visione, quæ καὶ ἀνάλαστος, hoc est, per refle-  
xionem fieri Opticis dicitur ac docetur.

73.

Atq; hic quidem usus artificialium speculorum primus  
est, & universali naturæ intentioni convenientissimus: in  
quo tamen subtilis Artis solertia minimè acquirèbit: sed  
alios adhuc admiratione dignissimos per specula sua effe-  
ctus edere concepit, quos brevitatè causa, duplices esse  
adnotamus, Ethicos nimirum & Mathematicos.

74.

Ethicam speculi artificialis contemplationem &  
utilitatem Socrates imprimis intellexit, suisq; in discipu-  
lis maximè urgere consuevit, quibus, Apulei & Pla-  
tarchi in conjug. præcept. testimonio sæpè speculù intue-  
ri præcepit, turpesq; formæ viciù morum virtute corri-  
gere, formosos diligenter curare, ne pulcritudinem ex-  
ternam pravitate contaminent interna, iussit. Id quod  
apud Senecam suavisimè profectò ac gravissimè explica-  
tum denuò legimus: idem verò & formineo sexui, for-  
mæ imprimis studiosissimo accommodatum hoc modo ac-  
cepimus, ut speculum virgo, vel quævis matrona intuens,  
si de formis sit, quid, sibi dicat ipsi, esse, ubi deesset pu-  
dicitia? sin forma; quam inferat, siam, si adsit pudicitia.  
Quod

75.

Quod ipsum quoque advertens Isocrates, rectè & venuste eum, qui pulcro quidem præditus sit corpore, animo autem malo ac perverso, bonam quidem, ait, habere naturam, malum autem ejusdem gubernatorem: Unde Diogenes formosum, & externam ob corporis formam amatum adolescentem acclamans, quin ait, operam tuam, adolescens, ut corporis amatores ad animum transferas.

76.

Mathematica, vel ut magis dicam propria Geometrica speculi utilitas illa est, quam alicubi quidem aliqui attingere videntur, expressè verò & exquisitè singularibus capitulis clarissimus P. Apianus, & ex hoc D. Tafnerus aliique edocent, quàm proposita aliqua magnitudine materiata, ejusdem quantitas, notà & certà quadam mensurà, aptè inquiri potest, & inveniri: de qua, alibi potius, quam hoc loco agendum.

77.

Hic itaque, hæc de artificiali speculo sufficiant: quod ipsum tamen nihil præstare posse videtur sine interveniente speculi naturalis ope & opera; idque oculum esse diximus, quo ipso pulchritudo corporea vel simpliciter comprehenditur, vel mistim.

78.

Simpliciter quidem, ubi à visu simplex sit comprehensio formarum, ut eruditè Vitello loquitur, visibilibus, animæ placentium: Mistim verò ubi, ex ejusdem & omnium aliorum opticorum sententiâ, conjunctio quædam & commistio sit plurium visibilium intentionum; justam quandam & convenientem ad se indicem proportionem habentium. Alharez. 2. p. 59. Vitellio l. 48. p. 4.

79.

Neg, hic silentio planè involuendum censeo, specierum visibilium numerum, quem longè latius optici quam

quam Physici in suis πειρῶσι speculationibus exten-  
dere inveniuntur, adeo quidem, ut harum viginti enu-  
merare soleant, omnes ad pulcritudinem suo modo per-  
cipiendam facientes, quales sunt: Lux, color, situs, Re-  
motio, appropinquatio, numerus, motus, figura, cor-  
poritas, continuatio, divisio, asperitas, planities, per-  
spicuitas, spissitudo, umbra, tortuositas, obscuritas, si-  
militudo & diversitas.

80.

Harum igitur omnium vel simplicium vel pluri-  
um apta mixtione, eaq; anima placenti conjunctarum  
perceptione pulcritudinem corporis visus comprehendit;  
id quod tamen indistinctè nolim accipiatur: sed pro rei  
corporeæ conditione & varietate determinate: quippè  
non quilibet color, nec lux qualibet, aut situs quicumque,  
&c. in quolibet corpore pulcritudinem oculo represen-  
tate: veluti nec qualibet ipsarum intentionum commixtio,  
sed quæ concinnam animoꝝ, pergratam & convenien-  
tem corradiationem includit.

81.

Sic igitur se ad visum habet, quodcumque oculis  
pulcrum corporeum percipitur: restant illa, quæ audi-  
tui pulcra applicantur, eaq; rursus vel naturalia sunt vel  
artificialia.

82.

De Naturalibus, ut initio dicamus, illa sic num-  
cupamus, quæ à natura à corporibus pendent, vel ina-  
nimatis, ut ὁ ψοφός, vel animatis, ut ἡ φωνή; ἐστὶ γὰρ ἡ  
φωνή ψοφός σηματικός ἀπὸ τῆς ὡλῆς ἢ τῆς αὐτοκινήτου  
ἀπὸ τῆς ἐπιτάξεως τοῦ ποσειδῶνος ψυχῆς πρὸς τὴν κα-  
λὴν ἀφῆν ὁ ἁρμονία, secundum Philosophum, in libris Phy-  
sicis. Arist. l. 2. de Anima c. 8.

83.

Pulcra igitur vox est illa, quæ σαφέως & inter-  
acutum & græve mediam quandam auditui qualitatem  
offerit:

affert. Utrumq; enim veluti extremum quoddam informe  
& inconcinnum problematica ponit Philosophia *ἡ ἀπὸ  
ἰσῶν ἐστὶ τὸ ὀξύ ἢ βαρὺ*, id est, deterius adhuc acutum,  
quam grave. Arist. probl. sect. 19. p. 33. item ead. sect.  
prob. 26. &c.

84.

Artificialia verò pulcra, quod ab arte vicissim ad  
Naturam imitationem fiant, & administrantur, sic di-  
cuntur; suntq; vel simplicia vel composita; Et utraque  
rursus triplicia, ἢ ἰσοειρῆα, ἢ ἰσοκτιρῆα, ἢ ἰσοειρῆα: Ar-  
ist. Rhetor. ad Alexand. cap. 24. Rhetorica enim Ora-  
tio pulcra dicitur, & in eadem pulcra dictiones, qua-  
lis Scaligero minimè censetur vox, Romulus & Hierony-  
mus; &c. sic versus pulcros & carmina pulcra; ita de-  
nique sonos & consonantias atque cantiones pulcra ag-  
nominamus, idq; ratione quadam dicendi analogica.  
Horat. in art. poetic. prin. Arist. in probl. sect. 19. pag.  
20. & prob. 34. &c.

85.

Hactenus pulcrum ipsum triplici quidem gene-  
rali discrimine distinctum consideravimus; quam ipsam  
Philosophicam *ἀξιῶν* priusquam finiamus, de conse-  
quenti ejusdem adjuncto, & opposito tandem contrario,  
pauca subicere non intermitteremus.

86.

Pulcri igitur consequens est *ἀγάπη*, cuius vo-  
ce, ut eruditè PicoLomineus adnotat, Ethic. gr. 8. cap. 43.  
aliàs benevolam superioris alicujus erga inferiorem, fa-  
vorem ac dilectionem significamus; aliàs beneficiorum  
prono animi amore alicui sine ullis intervenientibus me-  
ritis exhibitionem; aliàs etiam officiorum præstitorum  
justam & debitam retributionem indicamus.

87.

Hic verò Gratia appellationem pro eo venusta-  
tis lepore accipimus, qui proximam quadam cum pulcra-  
tudine



tudine coherencia conjunctus, ejusdem veluti est perfectio.

88.

Licet igitur artificiose quasi federe & vinculo pulcritudini cohereat Gratia; minimè tamen ob id plane una atq. eadem cum eadem reputanda fuerit: sed convenienti discretione altera ab altera diligenter distinguenda.

89.

Est quidem ipsa Gratia, uti & pulcritudo, tum increata DEI scilicet summi, qui & hujus & illius fons est, atq. origo substantialis: tum creata in rebus creatis; in quibus, secundum Platonem, quicumq. gratiosum aliquid & pulcrum admiratur, rectèq. diligit, non id sed DEUM in eo radiantem & emittentem suspicit atque admiratur.

90.

At verò non sanè, quemadmodum in creatis omnibus pulcritudo inesse potest, ita quoq. gratia: verum solis hæc naturis Angelicis & hominibus ratione præditis contingere potest, verèq. attribui.

91.

Estq. eadem in hominibus vel perfecta, cum pulcritudine perfecta artificiose conjuncta & copulata; vel imperfecta, qualis etiam inesse potest iis, qui minus pulcri, & tamen in gestibus, moribus, & actionibus, &c. venustos sese exhibent.

92.

Unde profectò non exiguam cum virtute morali cognationem illa ipsa habere videtur: hancq. expressè etiam parvis statura hominibus attribuit Philosophus, quibus alias externam tamen adimit pulcritudinem, ubi inquit: ὡς περὶ καὶ τῶν ἐν μεγάλῳ σώματι; οἱ μικροὶ δὲ ἀστεῖοι καὶ εὐμμετῆρες καλοὶ δὲ ἔσονται. Arist. Ethic. N. lib. 4. cap. 3.

Adjun-

93.

Adjunctum autem utriusque & Gratia & pulcritudinis, secundum magis tamen & minus est το φαδρον, hoc est, amabile, Camer. lib. 8. Ethic. c. 2. Mirum enim & haec, & illa inprimis, si atq; virtute in sui amorem & admirationem rapit & allicit omne id, quod modo cognoscere utrumque incipit. Alias enim recte Poeta:

————— Ignoti nulla cupido.

94.

Ratio autem ejusmodi ad sese alliciendi roboris & virtutis in utraq; est divini fulgoris excellentia, pulcris & Gratosus impressa; cui accedit deinde propria hominis, inprimis Philosophi in seipsum applicatio. Plotinus lib. de pulcritud. Mars. Ficinus.

95.

Quemadmodum enim, ut recte Plotinus lib. de pulcritud. habet, probo sane viro ingenua virtutis indoles in juvene apparens jucundissima contingit, idq; ob id, quod vera virtuti, quae intus est, consonet: ita quoq; generaliter loquendo, pulcritudo & Gratia animo maxime consentiens nostro, & ab hoc neutiquam aliena, eundem, ubicunque occurrit, commovet, valideq; incitat atq; exuscitat.

96.

Atq; hinc sane facile patere potest, minime violentum esse pulcri ejusmodi appetitum: sed spontaneum cum cognitionis adjuncto desiderium, id quod aperte etiam Philosophus noster in suis ad Nicomach. Ethicis asserere reperitur: εἰδὲ τις τὰ ἰδέσθαι καὶ κατὰ Φαῖν Φίσιαι εἶναι; ἀναγκάζει ἢ ἐξ ὀφεί; πάντες ἀν εἰν ἔρω βίαιαι. &c. Arist. lib. 3. Eth. Nic. cap. 1. Fr. Piccolomin. gr. 2. Eth. cap. 17.

97.

Tandem ipsum pulcro repugnans contrarium

τὸ αἰσθητὸν ἴσθαι, hoc est, turpe & deforme, quod paucis  
sane describens Plato in Symposio, esse ait αὐτὸς ἢ τὸ  
κατὰ τὸ θεῖον, hoc est, ab omni eo, quod divinum est,  
dissimulatum & alienum; Estq; aliud incorporeum & spiri-  
tuale, aliud verò corporeum.

98.

Rectè autem ex Marsi Ficini sententia in com-  
ment. Plotini lib. de pulcritud. Pulcritudo materia qui-  
dem sit peregrina, forma autem quasi nativa & maxi-  
moperè conveniens. Sicut enim materia, dum forma-  
le nonnihil ab anima mutuatur, fieri formosa ac pul-  
cra videtur: ita vicissim anima, dum informe aliquid  
accipit à materia, sit deformis: Quae ipsa cum sale Phi-  
losophicò rectè accepta, verissima & Aristoteli maximè  
consentanea esse, neutiquam inficiamur.

99.

Porro deformitas vicissim corporea, visu inpr-  
mis percipitur, & quidem tum è singulis visibilibus specie-  
bus, tum ex earundem inter se conjunctione & commi-  
sione, sed inconvenienti & asymmetra. Albaze in opt.  
60. pag. 2.

100.

Id quod innuere non obscure voluit Opticus cla-  
rissimus Vitellio, 148. pag. 4. ubi turpidinem ait, à visu  
comprehendi, quando intentiones sensibiles, neq; per se,  
neque ex conjunctione ipsarum ad invicem, pulcritudi-  
nis aliquam concinnitatem animae placentem procreare  
valeant.

101.

Hac igitur in presentia sufficiant; quae si minus  
pulcrè de pulcro omnia dicta fuerint, pulcrè tamen à  
pulcris pulcerrimarum artium studiosissimis amatori-  
bus, quos Graecorum nomine φιλόνειδος saluto, accipi  
E posse.

posse nullus dubito. Rectè enim & prudenter illud dicitur; Officium promptum vicio damnosè verti nemini debere, omnemq; actum ab agentis intentione judicandum. Dn. Camerar. in comment. lib. 1. Ethic. Nic. 3. pag. 57. sed & si quis: quem admodum test. ap. l. 1. si serbus; quod verò de furt. l. 1. c. ad. 1. cor. de sic.

## PROBLEMAT A.

### I. Grammatica.

i.

- A**N rectè secundum Manutii sententiam scribatur Exhodus, Synhodus, cum aspiratione nota, nec ne?  
2. An in Mercuri, Virgili, &c. penultima natura correpta brevi quoque pronuntiatione sit efferenda, an verò longa?

### II. Logica.

1. An conversio simplex in omni pronuntiatione negativa locum habeat, & ob id etiam in hac: Nullus senex erit puer?  
2. An premissæ duæ, sint syllogismi causæ efficientes, an verò materiæ ejusdem?

### III. Rhetorica.

1. An Rhetorica, uti Logica sit instrumentum generale, nec ne?  
2. An Orationis, an Rationis nomine Rhetorica sit ars λογική;

### IV. Metaphysica.

1. An ut summum bonum, ita statui debeat summum malum, nec ne?  
2. An beata hominis anima, à corpore soluta, ejusdem præsentiam desideret, nec ne?

### V. Physica.

r. An

1. An corpus edere & bibere rectè dicatur, nec ne?
2. An Vespertilio sit animal volatile, an gressile, an reptile, an saltatile, 1. histor. animal. c. 1.?

## VI. Mathematica.

1. Utrum circulus in fieri, an in factò suo sit mirabilior?
2. An unitas ut punctum, sit indivisibilis, nec ne?

## VII. Ethica.


1. An, secundum Poëtam, forma viros neglecta deceat?
2. An quis in seipsum justus vel injustus esse queat, nec ne?

## VIII. Politica.

1. An relictì à mortuis in bello filii, publicis civitatis sum-tibus sint alendi, nec ne?
2. An nothi, cives sint dicendi, nec ne?

## IX. Oeconomica.

1. An sœminis, utputa juxta Philosophum, imperfectioribus, pro sui perfectione optata, cuiusq; ornatus acquisitio à maritis concedi debeat, nec ne?
2. Utrum ager  $\tau\epsilon\iota\pi\alpha\lambda$  secundum Homerum: an  $\tau\epsilon\iota\alpha\pi\alpha\lambda$  secundum Virgilium, sit melior?



# Auctarium

## VALENTINI HARTUNGI.

### DEUS.

**Q**uis tantam numeris vim credat inesse, latente,  
Ut monstrent summum sub ratione DEUM?  
Unicus in Trino DEUS est, & Trinus in uno:  
Aptior est numeris copula nulla suis.  
Namque ut ab uno omnis numerorum nascitur ordo:  
Nominis & tamen hoc hujus honore vacat:  
Sic etiam magno quidquid viget orbe, creatum,  
Est a, principio qui caret, omne DEO.  
Et veluti Numero deprénditur illud in omni,  
Vt propria occultum semper habere locum:  
Sic DEUS in nulla mundi non sede potenter  
Quodq; videmus, adest, quodq; movemur, adest.  
At numerus certo ternarius ordine primus  
Qui, dici ut verè sic mereatur, habet.  
Primus perfectam concludit ut ipse figuram,  
Quam triplici nexu linea ducta facit.  
Sic perfecta salus à duplici numine nobis  
Simplicis existit, non aliunde, DEI.  
Nunc tu ter geminam numerandi fonte figuram,  
Junge, venit laterum Pyramis inde trium:  
Hæc quocumq; modo, varia & ratione locata,  
Dissimilis nunquam cernitur esse sui.  
Omne latus triplex nam possidet angulus. Utrumq;  
In summa jungens omnia parte micat.  
Scilicet æternum non commutabile Numeri,  
Detertius demto nescit habere modo.  
Illa informe in eodem ceu sub imagine monstrat,  
Inq; triformi iterum Numine Numen idem.

DEUS

DEVS SOLVS ET VNVS  
MUNDI AUTOR AC GU-  
BERNATOR ET CON-  
servator.

**S** Calig. l. 1. de caus. plant. c. 26. Non est prater-  
seunda sententia divini Viri, oias ad ὁ ΘΕΟΣ  
ἀρχὴ τὰ ὄντα, prout DEUS tempora statuerit. Ut  
DEUM etiam quotidianorum operum agnoscat ef-  
fectorem. Tantum abest, ut Aristotelica neget. DE-  
UM esse totius efficientem causam. Sed nos ex in-  
comparabilis præceptoris sententia fusiùs & acutiùs  
in Exotericis exercitationibus.

Perfectio & æternitas.

Lib. 4. ib. cap. 4. Nihil perfectum prater solum  
DEUM. l. 1. de plant. c. 29. Jamblichus de anima  
nostra loquens principis: Intellectus, inquit, divinus  
dat esse anima nostra illa ipsa intellectuione, quàm se-  
habet essentialem. Quare anima ipsius esse quod-  
dam, sit propensio nature ejus, ad intelligendum  
DEUM. Si enim DEUS DEIQ<sub>3</sub> à DEO intellecti ef-  
sentia unum est & nihil aliud, quàm DEUS: atq<sub>3</sub>  
ea quidem reflexio fiat sine motu, loco, tempore:  
nostrumq<sub>3</sub> esse sit per illam intellectuionem; tamdiu  
actū erimus, quàm diu DEUM intelligemus.

Dilucidatio.

Ibid. p. 32. Quin cœlestes animi, cùm DEUM  
intelligunt, perficiuntur. Ac tametsi non mutantur.  
Quia perpetuant æqualiter intellectuionem; propter-

ex tamē, quod aliunde accipiunt, unde dependent,  
dicuntur ab eo sic affici.

DE ESSENTIA & NATURA

Lib. 1. ib. p. 71. Est DEUS idem in se & ab se & per  
se & propter se intellectus, & voluntas una & u-  
num. Unde ex intellectu fecundo voluntas gigni-  
tur, utriusq; consensu. Quia unus est in uno, unus  
procedit Spiritus. Spiritus ille ineffabilis omnia  
complens, omnia Ens, omnia esse faciens. Unum  
vero sunt, eo quod principium habent nullum. Esse  
enim principium illud, hoc ipsam, quod DEUM esse  
dicimus. In aliquo igitur tandem acquiescamus, quod  
sibi hoc, quod ab alio non prodeat, quod in aliud sibi  
simile non exeat. Quippe nihil extra id, quod totum  
est: qui est omnia: extra quem nihil.

Dilucidatio.

Pag. 88. ib. in fol. Videntur propter hominem  
facti caeli. Verum DEUS absq; ullo medio ac de  
plano fecit hominem. Qui tamen homo neuiquam  
DEI finis est: sed simplicius DEUS. Quanquam,  
ut & acute simul & pie magis loquamur, neq;  
principium DEUS ipse sibi, neq; finis est. In quo  
neq; pars, neque motus, neq; medium, neq; extre-  
mum, neq; ingressus, neq; exitus ullus est, neque  
quidquam aliud, nisi hoc unum, IPSE. Unde praeter  
antiquorum piam diligentiam nomen illud ineffa-  
bilis effinximus *abtra*.

Alia.


Lib. 2. ib. pag. 131. Non dubito vos existimare,  
non



non alium rerum esse conditorem, alium, qui condi-  
ta tueatur, spiritum. Et illum, ubi condidit ista à  
seipso; qui a se non potest abesse: ab his abesse no-  
luisse DEUS DEUS, neq<sub>3</sub> otiosus neq<sub>3</sub> nego-  
tiosus neq<sub>3</sub> in opere, neq<sub>3</sub> extra opus: sed sine ope-  
re operis caput, principium, medium, finis, totū:  
Et ut, uno verbo omnia tum expleam, tum ambi-  
am, tum superem, Ipse. Cujus simplicissima atque  
indivisibili sui intellectu, sicuti facta sunt  
universa: ita suū quoq<sub>3</sub> finem  
atq<sub>3</sub> ordinem omnia nan-  
tiscuntur.

F I N I S.






Ung IV A 220


ULB Halle  
003 128 660 3



Sb.

Ung IV A 220





2

I.  
Sophiæ Aristote-  
licæ pars,


# TAPHY- SICA

*Ejusdem*

AUGUSTI VO-  
GELII

jam primùm  
manu scripto proprio  
à

ino Hartungo,  
phiæ & Medicinæ D.  
Professore edita.



LIPSIAE,  
s Caspari Cloßmanni,  
ebat Gregorius Ritzsch,

M. D. C. XXV.

